e ¶ Epiſtola Clementis. i. miſſa Clementi a petro: † ſicut dicit inſtrumentū meū quod mei cauſa factum eſt. ff. de eden. pretor. §. j. ⁊ dicit etiā epiſtola illius cui eſt miſſa, tamē cū diſtinctione. ff. de fur. eū qui. §. vlti.

† ꝙ ſic debeat exponi. patꝫ ex ſeq. ca. vbi Petr⁹ loqt̄ clemēti. et eſt de eadē epl'a ſm̄ H.

Te quidem. ¶ Caſ⁹. Caſum hunc ſic intelligit Hug. Petrus miſit epiſtolaꝫ ad Clemētem in qua docet eum vt irreprehenſibiliter viuat: et vt ſecularia negocia vitet, non fideiuſſor, nō litiū aduocatus, nō iudex ſeculariū negociorum fiat, ſed tantū inſiſtat verbo dei: laici vero ſecularia negocia tractent. vnde H. ſic exponit illđ verbū ex epiſtola Clementis. i. miſſa ad Clementē. Alij dicunt ꝙ miſſa fuit ad aliquē ep̄m.

Clericus an poſſit fideiubere.

f ¶ Ne fideiuſſor. Cleric⁹ regulariter nō debet fideiubere: vt hic, ⁊ extra de fideiuſ. clericus. niſi neceſſitas ſit. tūc em̄ ex pietate tenet ſubuenire alij: vt. lxxxvj. diſt. non ſatis. Iteꝫ clerici poſſunt fideiubere p eccleſijs ſuis: vt in aut. de ſanc. epiſco. §. aliū autē. col. ix. Itē inter ſe mutuo fideiubent cū ꝯueniunt: vt. C. de epiſ. l. oēs. §. in hac. Item nec adſtrict⁹ curie poteſt fideiubere. C. loca. curialis. ⁊ ſi clericus fideiuberet, poteſt dici ꝙ non tenet fideiuſſio niſi tali priuilegio ſuo renūciet. nā fideiuſſor p non dato habet, niſi priuilegio ſuo renunciet: vt. ff. ſi quis in ius vo. non ierit. l. j. Vel dic ꝙ licet non debeat fide-

Sicut enim. ¶ Caſ⁹. Docet Petr⁹ ꝙ ſicut impium eſt ſi Clemēs neglecta predicatiōe ſuſcipiat curas ſecl'ares: ita peccatū eſt ſi in ſecularibus laici viciſſim ſibi non ſubueniant: quod ſi p ſe non intelligant, per diacones edoceantur.
i ¶ Uſum. Arg. ꝙ peccat q̄ non recipit arbitriū: † et qui non componit inter partes. xc. diſtinc. precipimus.
k ¶ Ex his. id eſt ab his.
l ¶ Inſtare. i. intereſſe. ſ. xc. diſtic. precipimus.
m ¶ Per diacones. Arg. ꝙ diaconi debēt laicis exponere et inſtruere modum viuendi. xxv. diſt. audire.

† Forte nō eſt verū in ſeruo: q̄ nō pōt eſſe arbiter vt iij. q. v̄. vū ſicð vero. et idē forte i monacho: cuꝫ ſu⁹ dicat: vt no. xv. q. j. non dicatis. i gl. num qđ pauper. ſc.

¶ Ex his omnib⁹. ¶ Caſus. Concludit Gratian⁹ ex ſupradictis ꝙ clericus in ciuili cauſa corā ſeculari iudice eſt ꝯueniēdus, q2 ſicut iudex eccleſiaſtic⁹ legū eccleſiaſticarum eſt executor, ⁊ eas ſolus facit, condit, ⁊ interpretat: ſic iudex ciuilis leges ciuiles exequit, et eas ſol⁹ facit, ⁊ interpretat. In criminali vero cauſa clericus apud eccleſiaſticū iudicem eſt tantū conueniendus: niſi de cōſenſu epiſcopi ſui ad ſecularē iudicē pertrahatur cū incorrigibilis reperit. ⁊ hoc allegando dicit Gra. niſi forte hoc vltimum, ad qđ inducit ſequens cap.
n ¶ Sicut em̄ ille ſol⁹. Nā vnde ius pdijt, ab eo interpretatio requirit: vt ex͂ de ſen. excō. inter. quandoqꝫ tamē legat⁹ pape interpretat reſcriptū pape ex͂ de poſtu. prela. ad hec. vltra mediū. ⁊ extra de ſequeſtra. ad hoc. iudex etiā interpretat legē. ff. de legi. nam vt ait.

UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

ſed non poteſt interpretari ſententiā ſuam niſi ſit preſes prouincie.ff.de ap.ab executore.ſimiliter cōſuetudo interpretatur legem: vt extra de verbo.ſignific.abbate Interpretatio quedā eſt probabilis ⁊ non neceſſaria: vt magiſtri: vt.C.de profeſ.qui in vrbe Cōſtātino.l.vnica. Quedā eſt neceſſaria, ſed non generalis vt iudicis: vt.ff.de legi.nam vt ait, q̄dam eſt probabilis neceſſaria ⁊ generalis, ſed nō eſt in ſcriptis redigēda: vt conſuetudinis: vt.ff.de legi.ſi de interpretatiōe. ⁊ extra de verb.ſigni.abbate. Quedā probabilis neceſſaria ⁊ in ſcriptꝫ redigēda: vt principis: vt.C.de legi.l.j.⁊.l.vlt.

Interpretatio eſt triplex.

Statuimus. ¶ Caſ⁹. Queſitum eſt a Fabiano quā penam debet pati clericus ſi infeſt⁹ fuerit epiſcopo ſuo vel inſidiator? Et reſpondet ꝙ ante examinantem iudicē debet deponi: ⁊ cunctis dieb⁹ vite ſue curie tradi ſeruiturus: et infamis ꝑmaneat abſq; vlla ſpe reſtitutiōis. Uel ante examinatum iudiciū, id eſt anteꝗ̄ cauſa examinetur. ⁊ hoc q̄ñ notorium erat.

iiij ps.

a ¶ Mox ante.nō itelligas ꝙ hec dictio ante, ibi notet aliquod tēpus: ſꝫ eſt ſenſus ante, id eſt ante examinantem iudicem, ſiue coram examinante. ⸿ Uel loquitur cum eſt notoriū crimen.ſic.C.de defen.ciui.defenſores.

⸿ Sic ſumit ibi: pcidamus ſñ deū .l.coraꝫ deo.ſꝫ hug.

¶ Quia ergo. ¶ Caſus. Iſte.§.diuiditur in duas partes. In ꝑma parte cōcludit Gratianus ſophiſtice oſtēdens ꝙ ille clericus de quo facta eſt mentio in themate, non eſt tranſgreſſor canonū ſi ⁊ alium clericum non in criminali ſed in ciuili ad iudicem trahat ſecularem: nam tantū ciuilis iudex de ciuili cauſa cognoſcere debet. In ſcd̄a parte dat veram ſolutionem dicens ꝙ ea que dicta ſunt pro actore: quāuis videantur veriſimilia, tamen pondere carent: cum ſecundum canones et leges ſeculares cleric⁹ nec in ciuili nec in criminali cauſa ad ſecularem iudicem ſit pertrahendus. quod probat per omnia ſequentia ca. vſq; ad.§.ex his omnib⁹. Secunda pars incipit ibi: Eccleſia. Sequētia duo capitula patent.

Unde Fabianus papa ait.

¶ Qui epō inſidiatur, ſemotus a clero curie tradatur.

Statuim⁹ vt ſi q̄s clericorū ſuis epīs infeſtus aut inſidiator extiterit: mox ante[a] examinatū iudiciū ſubmot⁹ a clero curie tradaꝫ: cui vite ſue oībus diebus ſeruiat et infamis abſq; vlla ſpe reſtitutionis permaneat.

Quia ergo iſte nō in criminali ſed in ciuili cauſa clericū ante ciuilē iudicē produxit, non eſt iudicādus tranſgreſſor canonū: nec eſt dicēd⁹ pertraxiſſe reū ad iudicē non ſuū: quia de ciuili cauſa nō niſi iudex ciuilis cognoſcere debet.

E cōtra ea que in actoris defenſione dicta ſunt, veriſimilia quidem videntur, ſed pondere carent. Sacris enim canonibus et forēſibus legibus tā in ciuili ꝗ̄ in criminali cauſa clericus ad ciuilem iudicem protrahendus negatur.

Unde in epiſtola Clementis legitur.

¶ Fratres apd̄ preſbyteros iudicentur.

Si qui ex fratrib⁹ negocia habēt inter ſe: apud cognitores ſeculi non iudicentur, ſed apud pbr̄os eccl̄ie q̄cquid illud eſt dirimatur.

Item Silueſter papa.

¶ Null⁹ cleric⁹ ꝓpter aliquā cauſam intret curiam.

Nullus clericus vel diaconus vel preſbyter ꝓpter quamlibet cauſam intret in curiā: nec ante ciuilē iudicē ſuā preſumat dicere cauſam.

Item Leo papa.

¶ Eccleſiaſticū nō forēſe iudiciū penitens expetat.

Aliud quidem eſt debita iuſte repoſcere: aliud ꝓpria perfectionis amore cōtemnere: ſed illicitorum veniā poſtulātem[b] oportet etiam a multis licitis abſtinere, dicente apoſtolo: Omnia mihi licent[c]: ſed nō omnia expediūt. Unde ſi quis penitens[d] habet cauſam quam negligere forte non debeat: meli⁹ eſt illi vt expetat eccleſiaſticum[e] ꝗ̄ forenſe iudicium.

Non ait ꝓpter criminalē cauſam tantū: ſed generalr̄ ꝓpter quālibet[f] cauſam tā ciuileꝫ ꝗ̄ criminalē intelligēs.

Unde Theodo.imperator.

¶ Cuicūq; lꝫ ſacroſctē ſedis antiſtitiſ iudiciū eligē.

Quicūq; litē habēs ſiue ...

¶ Ecōtra. § Hec eſt tertia pars queſt. in qua ꝓbaꝫ ꝙ in omni cauſa, ſiue ciuili, ſiue criminali per ꝓpriū epiſcopū clericus iudiceꝫ. ⁊ hoc ꝓbat per.xiij.c. in quib⁹ punit etiā contēptores. Io.de fan.

Si qui ex fratrib⁹. Fratres hic vocat clericos vel etiam omnes chriſtianos: ⸿ ⁊ loquitur ſcd̄m antiqua tempora: vt.ſ.eo. relatum.

⸿ .j.e.q. iiij.ad mēſaꝫ.

Aliud quidē. ¶ Caſ⁹. Quidam laicus ſolenniter penitēs cauſam habebat cum alio laico. Queſitū eſt a Leone papa vtrum petere debet iudicem eccleſiaſticū, vel ſecularē? Et reſpondet, qui vult de illicitis veniam poſtulare: vt ſit ꝑfectus, debet a multis illicitꝭ abſtinere: veruntamen ſi cauſam nō vult negligere, melius recurret ad eccleſiaſticum iudicem ꝗ̄ forenſem. Intellige ſi reus ꝯſentit: vel intellige cū penitēs ſolēniter cōueniebatur.

j.cor. vj.c.

b ¶ Poſtulantē. Penitentes enim ſub regula eccl̄iaſtica viuere debēt: vt hic, ⁊.j.eo.de pſona. ⁊ infra de peniten.diſtinctio.v. contrarium.et ca. falſas.

c ¶ Omnia mihi licēt. Tunc nō expedit id quod licitū eſt, quādo vſus ipſi⁹ aliīs affert impedimentū: vt.xxviij.q.j.ſic enim. Licet ꝙ fidelis diſcedat ab infideli, ſed non expedit: vt ibi dicit. Uel aliter, mihi licet mea repetere, ſed non expedit ad vitam conſequendam: quia ſcandalizantur illi a quibus repetūtur. ⸿ Uel ſic. Omnes ſibi liciti ſunt ſed non expediūt, propter infirmos fratres qui tunc quoſdam cibos reprobabāt. Uel ſic. Licitum eſt predicatori ſumere ſumptus ab illis quibus predicat: ſed non expedit propter Corinthios qui auari erant.

Oia licēt, ſed non expediūt.

⸿ ar.ad hoc xiiij.q.j.§.j.

d ¶ Penitens. ſcꝫ ſolenniter, ⁊ loquitur de actore penitente: ⁊ cum eſt de voluntate rei. vel loquitur cum ipſe penitens conuenitur.

e ¶ Eccleſiaſticum. Supple vel reus: quia de actore minus videbatur.

f ¶ Quālibet. Supra in cap.nullus epiſcopus.

Quicunq;. ¶ Caſus. Hec lex diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur ꝙ quicūq; litem ha=

bet, ſiue actor, ſiue reus, poteſt appellare a iudice ſecu lari ad epiſcopum ante litem cõteſtatã vel poſt ſententiam, etiam aduerſario refragante: cui debent apoſtoli dari cum geſtis cauſe. In ſcõa parte dicitur ꝙ cauſe terminate ꝑ epiſcopos, retractari non debẽt. In tertia parte dicit ꝙ vbi vnus ſolus epiſcopus fert teſtimonium, alius cõtra ipſum non audiatur: ſed habeatur firmum ⁊ incorruptuʒ quod per os epiſcopale profertur. Scõa pars incipit ibi: Oẽs. Tertia ibi: Teſtimoniũ. Et not. ꝙ hec lex eſt tota abrogata, nec habet locum hodie.

Quicunq;. In hac lege q̃nq; notantur. Primũ ꝙ a iudice ſeclari appellatur ad epiſcopum. Scõm ꝙ ante ſentẽtiã appellatur. Tertiuʒ, ꝙ ab epõrum ſententia nõ appellatur. Quartũ, ꝙ vnius epiſcopi teſtionio fides adhibetur. Quintũ, ꝙ alij nõ audiuntur poſt teſtimonium epiſcopi. Prima pars tollit per id: extra de appell. ſi duobus. Scõa per id. ij. q. vj. non ita. Tertia per id. ij. q. vj. oĩs oppreſſus. Quarta per id. vj. q. ij. ſi tantum. ⁊ ca. placuit. Quinta per id ꝙ teſtimonium ſolius epiſcopi nõ valet. iiij. q. iij. §. iuſiurandi. Et lʒ hec lex ſit abrogata, tamen Innocentius argumẽtatur ex ea extra de iudi. nouit. nõ vt confirmet eam: ſed vt oſtẽdat quantã affectionẽ imperatores habuerunt erga ſacerdotium.

petitor fuerit vel in initio litis vel decurſis[a] temporum curriculis: ſiue cum negociũ peroratur, ſiue cũ iam ceperit ꝓmi ſententia, ſi iudiciũ elegerit ſacroſancte ſedis antiſtitẽ: illico ſine aliqua dubitatione, etiam ſi alia pars refragatur, ad epiſcoporꝫ iudicium cum[b] ſermone litigantium dirigat.

Idem.

Omnes itaq; cauſe q̃ pretorio vel ciuili iure tractantur, epiſcoporꝫ ſententijs terminate, perpetuo ſtabilitatis iure firmentur: nec vlteri⁹ liceat retractari negociũ quod epiſcoporꝫ ſentẽtia deciditur. ¶ Teſtimonium etiã ab vno licet epõ perhibitum, oẽs iudices indubitãter accipiant: nec alius audiatur cum teſtimoniũ epiſcopi a qualibet parte fuerit repromiſſum. illud eñ veritatẽ authoritate firmatũ illud incorruptum habeatur qđ a ſacroſancto homine ſm ſcientiã mentis illibate fuerit prolatum. hoc nos edicto firmamus salubri, ⁊ perpetua lege tenendum eſſe cẽſemus.

Hec ſi quis antiquata contẽdat, qr in Juſtiniano Codice non inueniunt ita inſerta: per Carolũ renouata cognoſcat qui in ſuis capitularibus[c] ait inter cetera.

Volumus atq; precipimus vt omes noſtre ditioni ſubiecti, tam Romani q̃ Frãci, Alemani, bauari, Burgũdiones, Saxones, Turingi, friſones, Galli, Britones, Lõgobardi, Guaſcones, Beneuẽtani, Goti, Hiſpani, ceteriq; oẽs ſubiecti nobis, q̃cũq; legis vinculo videant aſtricti, vel conſuetudinario[b] annexi more, hãc ſententiã quam ex xvij. Theodoſij imperatoris li. c. vcʒ. xj. ad iterrogata Blauij ducis quam illi et omnib⁹ per ſcripturã miſim⁹, et inter noſtra capitula pro lege tenẽdam conſulto oĩm fideliũ noſtrorũ poſuimus, lege cuncti perpetua teneant. i. quicunq; litem habens, ſiue petitor fuerit ⁊c. vt ſupra.

Itẽ Greg. Jo. defenſori eũti in Hiſpaniã monẽdo dicit.

¶ Presbyter apud epm tantum iudicari debet.

De pſona[c] pbri hoc attendendũ eſt: ſi quam cauſam habuit, nõ ab alio[f] teneri, ſed epm ipſius adire debuit: ſicut nouellarũ conſtituba infra ponuntur.

Volumus. ¶ Vel conſuetudinario. extra de eo qui mit. in poſſeſ. ca. iij.

De perſona. ¶ Caſ⁹. Quidã pſbyter hiſpanus accuſat⁹ fuit cõram iudice ſeculari: ⁊ conuict⁹ ab aduerſario, expulſus eſt ab eccleſia ſua, ⁊ in exiliũ miſſus. quod cum ſignificatũ eſſet Grego. delegauit hãc cauſam Jo. defenſori eunti in hiſpaniam, docẽs ꝙ nõ debuit accuſari niſi coram epiſcopo ſuo. ⁊ ad hoc probãdum inducit legem Juſtiniani, in qua cauet ꝙ quecunq; ſit perſona eccleſiaſtica, non niſi ſub ꝓprio epiſcopo debet conueniri. cuius ſententie ſi altera partiũ nõ acquieſcat, iudex ſecularis eam dʒ executioni mandare. ⁊ ſi quis obijciat ꝙ lex hec loq̃tur de clerico ⁊ nõ de pſbytero ſciat ꝙ nomine clericorũ pſbyteri et diaconi continentur: ſicut ſuperi⁹ in eadem conſtitutione legitur: cuius verba infra ponuntur.

a ¶ Decurſis. i. poſt litem conteſtatam.

b ¶ Cum ſermone. i. allegationibus.

c ¶ Capitularibus. Id eſt in longobarda: non tamen inuenitur in ea que nunc eſt: ſed in Gallia.

Omnes itaq;. ¶ Hec ſi quis. ¶ Caſ⁹. Ne forte aliquis opponeret Gratiano dicens ſupradicta eſſe antiquata: ideo Gratianus reſpondet dicens ꝙ Carolus ea per legem ſequentem confirmauit: in qua precepit Romanis ⁊ Francis ⁊ omnibus hominibus ſui imperij vt legem illam teneant quã ad interrogata Blauij ducis ille ⁊ omnibus tranſmiſit, extractam de. xvij. Theodoſij imperatoris libro: hanc inquam ſententiã. Quicunq; litem habens ⁊c. Et nota ꝙ talis confirmatio nulla eſt, cum per legem iſtam Longobardam que eſt inualida, aliam confirmet inualidam, vnum enim inualidum, aliud inualidũ cõfirmare nõ poteſt. ⁊ nõ loquit de longobardia que nunc eſt: qr in ea hoc nõ inuenitur, ſed in ea que eſt gallia.

e ¶ De perſona. De hac habes. ij. q. j. in primis.

f ¶ Non ab alio. id eſt non a cõtrario. quandoq; eñ ab inferiori põt iudicari. Hug. tñ huic litere adheſit: qui dixit ſolum epiſcopum eſſe ordinarium iudicem clerici: ⁊ per hoc quod dicit doceat prius ⁊c. Sed tu dicas ꝙ prelati eccleſie collegiate habent iuriſdictionem: vt xv. q. iiij. c. j. extra de immu. eccle. non minus. eẋ de indi. c. ij. C. de iuriſ. om. iu. l. vlti. extra de offi. ordi. cũ ab eccleſiarũ. ſed quod hic dicitur prius doceat ⁊c. dicas priuſq̃ ſecularẽ. h. tamẽ dixit ſolum epm habere poteſtatẽ excõmunicandi: vt. xvj. q. ij. viſis. in fi. vbi dicit ꝙ excõicatio ſit mucro epiſcopalis: ⁊ ꝙ ſol⁹ epõ debeat de cauſis matrimonialib⁹ cognoſcere. xxxv. q. vj. multorꝫ. et meli⁹ dicit noua ꝯſtitutio eẋ de exceſ. prela. accedentibus. conſuetudo tamen in talibus dat iuriſdictionẽ: vt. ix. q. iij. conqueſtus. C. de eman. li. l. j.

Sub. ante cõcluſionẽ ſm Inno. Vel añ definitiuã ſẽtentiaʒ q̃ncũq; ſm h.

Sʒ ꝗ xvj. q. ij viſis. in fine. qđ dic vt ple. no. Innoc. eẋ d of. ⁊ cõtro. et de pbẽ. l lateranẽ ſi. ⁊ no. ꝑ B. eẋ de pul. cum et plantare §. in eccliſe.

a ¶ Aūt monachū. conuētum nomine monaſterij ratione alicuius ſucceſſionis que obuenit monaſterio per eū, alias non competit actio contra monachū, cum nihil habeat. vel intellige ꝙ fideiuſſit de mandato eccleſie ſue: vel etiam ſine mandato, ſed pecunia eſt conuerſa in vtilitatem eccleſie: vt noua conſtitutio dicit, qđ ꝗbuſdam. extra de fideiuſ. Si autem monachus contra aliquem deliquit, ipſe monachus cō ueniēdus eſt, non eccleſia: † vt. xviij. q. ij. hoc tantū. ſicut ſeruus conuenitur qui deliquit nō eius dn̄s. C. de noxa. l. penul. ꝛ vl. in fi. Primo autez loco caſtigatio monachi ſpectat ad abbatem: vt. xxiiij q. iij. corripiantur ꝛ extra de off. ord. quāto. extra ꝺ appel. reprehenſibilis. vbi autē procedendū eſt ꝺm ordinem iuris: tunc ſolus ep̄s eſt iudex, ꝺm h. vt hic dicit. Alij dicunt ꝙ abbas habet ordinariā iuriſdictionem ſup monachos ſuos, ꝛ excōmunicare eos poteſt: vt extra de ma. et obe. cum in eccleſijs.

b ¶ Aut aſcetriā. i. incluſam, ꝗ ſemper aſſidue moratur ibi.

c ¶ Doceat. id eſt adeat.

d ¶ Judicē. ſi ipſemet non poteſt. ꝛ eſt ſīr C. ꝺ epiſ. audi. epiſcopale.

e ¶ Ne vero. hec ſūt origīaliter verba Gregorij.

† Idem ſentit Innoc. ext de p̄ ui. cum olim .p pter. in gl. rma le. et in tali caſu mōachus ēt ɔ̄ſtituit ꝓcuratorē: vt ipſe no. ext ꝺ reſcrip. cū dilecta. in pnc.

† Adde ad iſtū cap. an epiſcopi ſint illuſtres: ꝛ dic ꝙ ſunt ſimiles illuſtribus: vt pbat l. i. ad ſimitudinē et ibi Bal. C. de epiſ. ꝛ cle. ꝑ pue tū ſūt ſpectabiles ꝺm Alexā. ꝺ ymo. in gloſ. rub. col la. ij. ff. de iuriſ. om. iudi.

tio manifeſtat: que ita loquit̄ de ſanctiſſimis ꝛ deo amabilibus atꝙ reuerēdiſſimis ep̄is clericis et monachis. Imperator iuſtinianus auguſt⁹ Petro glorioſiſſimo prefecto pretorio. c. liij. Si quis cōtra aliquē clericū, aut monachum[a], aut diaconiſſā: aut monaſtriā aut aſcetriā[b] habeat aliquam actionē: doceat[c] prius ſanctiſſimū ep̄m cui horū vnuſquiſꝙ ſubiaceat. † Ille vero cauſam iter eos diiudicet: ꝛ ſi quidē vtraꝙ pars his que iudicata ſunt non acquieuerit: iubemus per loci iudicem[d] executioni perfecte mandari.

Ne vero[e] obijciat̄ qꝛ de clerico hoc loquit̄, non de pbr̄o: ſciendū eſt qꝛ ſupius in conſtitutione eadē li. C. legit̄ appellatione clericoꝝ etiā pbr̄os et diacones cōtineri. verba aūt legis iſta ſunt. Pbr̄os aūt, et diacones, ꝛ lectores, ꝛ cantores, quos oēs clericos appellamus: ꝛ reliqua. Itē Greg. Romano defenſori ſicilie.

¶ Clericus clericū ad publica iudicia non pertrahat.

Peruenit ad nos ꝙ ſiqs contra quoſlibet clericos cauſaz habeat: deſpectis eorum epiſcopis, eoſdē clericos tuo facias iudicio exhiberi: quod ſi ita eſt, valde cōſtat eſſe incongruum: ſed hac tibi authoritate precipim⁹: vt denuo hoc facere nō preſumas: ſed ſi quis ɔ̄tra quēlibet clericū cauſam habuerit, ep̄m ipſius adeat: vt aut ipſe cognoſcat: aut certe ab ipſo iudices deputētur: aut ſi forte[f] ad arbitros eūdū eſt, partes ad eligēdos iudices ab ipſo executio[g] deputata cōpellat. Si qs vero laicus vel clericus cōtra ep̄m cauſam habuerit, tūc te interponere[h] debes: vt inter eos aut ipſe cognoſcas: aut certe te admonente ſibi iudices eligant. nam ſi ſua vnicuiꝙ ep̄o iuriſdictio non ſeruat̄: q̇d aliud agit̄ niſi vt per nos per quos eccleſiaſticus cuſtodiri ille ordo debuit, cōfundatur? Idem Januario epiſcopo Carolitano.

¶ A laicis iudicib⁹ clerici nō ſunt opprimendi.

Fratris et coep̄i noſtri Felicis, et Ciriaci abbatis relatione cognouimus ꝙ in iſula Sardinia ſacerdotes a laicis iudicib⁹ opprimātur: ꝛ fraternitatē tuam miniſtri tui deſpiciant: dūꝙ ſolum a vobis ſimplicitati[i] ſtudetur quātum videmus, diſciplina negligitur. Itē Gregorius Mauricio imperatori.

¶ Sacerdotes a regib⁹ ſunt

Peruenit. ¶ Caſus. In Sicilia erat quidā defenſor pape nomine Roman⁹, qui deſpectis ep̄is cōpellebat clericos in ſuo iudicio laicis reſpondere. quod cū Grego. audiuit, precepit ei ne de cetero hoc faceret: ſed ſub proprio ep̄o cōueniantur: vt vel ipſe cognoſcat: vel det iudices delegatos: vel per executorē ipſi⁹ partes arbitros eligere compellātur, ſi alicui partiū ep̄us fuerit ſuſpect⁹. Si vero laicus vel clericus contra ep̄m cauſā habuerit, tūc ſe interponere debet ille Roman⁹ vt, vel ipſe cognoſcat, vel eo admonente iudices eligātur, ꝛ ſi aliter fiat, ordo eccleſiaſticus cōfunditur.

f ¶ Aut ſi forte. ex̄ de foro cōpe. ſi quis contra.

g ¶ Executio. Id eſt executor ad hoc deputatus: ſcilicet archidiacon⁹: vt. xxv. diſt. perlectis. ꝛ extra de foro cōpe. nullus. † Cū autē iudex recuſatur in optione actoris erat an vellet ꝙ recuſat⁹ delegaret cū alijs, vel ꝙ partes cogerentur ad eligēdos iudices: vt extra de foro cōpe. licet: ꝛ cap. ſi quis. Hodie autē ſi iudex recuſat⁹ fuerit, ꝛ ꝓbata fuerit cauſa recuſatiōis: ad arbitriū recuſatoris ipſe ꝗ recuſat⁹ fuerit, dabit iudices, vel tranſmittet negociū ad ſuperiorem: vt in cōſtitu. cum ſpeciali. ex̄ ꝺ appel. Sed quero an iudices delegati ab epiſcopo poſſint partes punire ſi non venirent ad iudicem? Non videtur: quia ſol⁹ delegatus a principe poteſt citare: vt in autent. de litig. §. oēm. col. viij nec alij poſſunt ſuas ſentētias mandare executiōi, ꝗ̄ ordinarij vel delegati a principe: vt C. de bo. autho. iudic. poſſ. auten. et qui iurat. ff. de re iudi. a diuo. ꝛ ſol⁹ delegatus a principe poteſt mittere i poſſeſſionē. ff. de iuriſd. om. iud. iubere. Poteſt tamen dici ꝙ ꝺm iura noſtra ſubdelegatus habet coerctionem: quia poteſt interdicere eccleſiā: vt extra de off. delega. ex literis. in fi. et ſecūdū legem modicā ſaltem habebunt coerctionem ſubdelegati. C. de ſpor. l. ij. et. ff. de offi. ei⁹ cui man. eſt iuriſdi. l. vlti. in fine.

† Judice recuſato quid fiet.

† Iſta decret. hodie ē remota: ꝛ fuit in prima cōpilatione: et erat ſecunda decret. eiuſdez tit. ꝛ eſt palea. §. e. nullus clericus. Delegatus ep̄i, an poſſit citare.

h ¶ Interponere. hoc verum eſt in modicis vel minimis cauſis. nā maiores cauſe epiſcoporū ad metropolitanum deferūtur: vt. vj. q. iiij. ſi inter. ix. q. iij. conqueſtus. et. lxxx. diſtin. ca. j.

Fratris. ¶ Caſus. Januarius epiſcopus Carolitanus intantū erat ſimplex, ꝙ clerici ſui eum deſpiciebant: ꝛ ſacerdotes in Sardinia a ſecularibus iudicibus opprimebantur. Quod cū Gregorius audiuiſſet per epiſcopum Felicem et Ciriacum abbatem precepit ei vt hoc fieri nō permittat: ne dū ſimplicitati ſtudet, diſciplina negligatur.

i ¶ Simplicitati. Supra. xxxix. diſt. Petrus.

Sacerdotibus. ¶ Caſus. Mauricius impator cõpellebat clericos ſub ſe reſpõdere: et eis debitam reuerẽtiam non impendebat. quare Gregorius ſcribit cõtra ipſum, docens ꝙ oẽs ſacerdotes debet generaliter honorare: cũ neſciaꝶ qualis quiſq; ſit futurus in futuro iudicio. Et ꝙ ipſos debeat honorare, ꝓbat vna ratione: ſcz qꝛ de⁹ vocauit eos deos: et Malachias ꝓpheta ipſos angelos appellauit. ⁊ duobus exemplis, ſcz Conſtantini, ⁊ paganoꝝ imperatorum qui ſacerdotibus ſui tpis reuerentiã exhibuerũt. Ratio incipit ibi: Nã in diuinis eloquijs. Exẽpluz Cõſtãtini ibi: Eccleſiaſtica quoq;. Exẽplũ paganoꝝ eit ibi: Ante eum.

a ¶ Cuſtodiũt. i. cuſtodire debent: vt. ĩ. e. q. iij. nolite.

b ¶ Appellat. ergo ex ſola appellatione nois aliquis cõſequiꝶ ius. † ſic xxxij. qõ. iiij. dicat. C. de lat. lib. tol. §. penulti. ex̃ de preſumpt. illud inſti. de adop. §. vlt. ar. ꝯtra. ij. q. j. multi. in fi. vbi dicit ꝙ ſola noiatio nõ ſufficit. C. de ꝓba. non epiſtolis. ⁊. l. fi.

c ¶ Incendit. hic vides ꝙ iudex debet deſtruere libellum qui non eſt legitime cõpoſitus: vt. ij. q. vlti. c. vlti.

d ¶ Specialiter. pro bonis, ſed etiã generaliter ꝓ bonis et malis: † vel non tantũ pro preſentibus qui nunc accuſanꝶ ⁊ nõ conuincũtur, ſed etiã pro omnib⁹ alijs. xiij. qõ. ij. non eſtimemus.

Exo. xxij. b.
Ibid.
Mal. ij. b.

† Arg. ad hoc xciij. d. Dñs. v: bi ó h°. ar. Z. C de teſt. neq;. C de iube. cau. iu: bem⁹. Archi.

† Sz, h. bñ idu: ciꝶ au: thori: tas a: poſtoli: ſz qõ ſe quitur fuit ſen tentia. M. ⁊ B yſ. ſm Lau.

honorandi, non iudicandi.

Sacerdotib⁹ aũt nõ ex terrena ptãte dñs nr̃ cl tius indigneꝶ: ſed excellẽti cõſideratione ꝓpter eũ cui⁹ ſerui ſunt, eis ita dñetur, vt etiã debitã reuerentiã impendat. Nã in diuinis eloquijs ſacerdotes aliqñ dij, aliqñ angeli vocanꝶ. Nã ⁊ ad Moyſem de eo qui ad iuramentũ deducẽdus eſt diciꝶ: Applica illũ ad deos. i. ad ſacerdotes. Et rurſus ſcriptũ eſt: Dijs nõ detrahes. i. ſacerdotibus. Et propheta ait. Labia ſacerdotis cuſtodiunt [a] ſcientiam. i. iuſtitiam: et legẽ exquirunt ex ore eius: qꝛ angel⁹ dñi exercituũ eſt. Quid igitur mirum ſi illos veſtra pietas digneꝶ honorare, quibus in ſuo eloquio honorem tribuẽs eos aut angelos aut deos ipſe etiam appellat [b] deus? Eccl'iaſtica q̃q; hiſtoria teſtaꝶ: qꝛ cuz pie memorie Conſtãtino principi in ſcripto oblate accuſatiões cõtra epõs fuiſſent: libellos q̃dẽ accuſatiõis accepit: ⁊ eoſdẽ q̃ accuſati fuerãt epõs ꝯuocãs in eoꝝ cõſpectu libellos quos accepat incẽdit [c], dicẽs. Uos dij eſtis a vero deo conſtituti: ite, et iter vos cauſas veſtras diſcutite: qꝛ dignum nõ eſt vt nos iudicem⁹ deos. In qua ſententia ſibi magis ex humilitate q̃ʒ illis aliquid preſtitit ex reuerentia impenſa.

¶ Ante eũ quippe pagani in re publica principes fuerunt qui verum deum neſcientes, deos ligneos ⁊ lapideos colebãt: et tñ eoꝝ ſacerdotib⁹ honorem maximum tribuebãt. Quid ergo mirũ ſi chriſtian⁹ impator veri dei ſacerdotes dignaꝶ honorare, dum pagani (vt prediximus) principes honorẽ impendere ſacerdotibus nouerũt qui dijs ligneis ⁊ lapideis ſeruiebãt? Hec ergo nõ tantũ ſpecialiter [d] quãtum generaliter ꝓ oibus aſſerimus ſacerdotib⁹: quoniam adhuc neſcimus quis in terribili iudicio dei qualis futurus ſit. etenim Paulus egregius predicator dicit: Nolite ante tempus iudicare: quoadusq; veniat dñs: ⁊ reliqua. Nam ſunt multa que de iudicio illius hoies ignorãt: quia fortaſſe que vos laudatis, ille reprehendet: ⁊ que vos reprehenditis, ille laudabit.

Itẽ ex cõcilio Mileuitano.

¶ Qua pena feriatur cleric⁹ clericum ad ſecularis iudicia pertrahens.

Inolita [e] ꝓſumptio vſq; adeo illicitis auſibus aditũ patefecit, vt clerici clericos (ſuo relicto pontifice [f]) ad iudicia publica pertrahant. Proinde ſtatuimus vt hoc decetero nõ preſumatur. Si quis hoc preſumpſerit facere: cõuentus ⁊ cauſam perdat, et a communione efficiatur extraneus.

Item ex concilio Carthaginenſi tertio.

Inolita. ¶ Caſus. Relatũ fuit in Mileuitano concilio ꝙ clerici clericos ſuis epiſcopis relictis ad ſecularem iudicem traherent: quare ſtatuit cõcilium vt hoc decetero non fiat: et ſi quis decetero preſumat, ſuper hoc conuictus cauſam perdat: et etiam a communione repellatur. Inolita. i. conſueta. Et loquitur hoc capitulum de actore: ſequens de reo.

e ¶ Inolita. hoc capitulum de actore, et ſequens de reo loquitur. Et nota ꝙ ſi actor traxerit reum ad iudicem nõ ſuum, perdit cauſam. ſed ſi reus traxerit actorem, pro conuincto habetur: vt. C. de iuriſdic. om. iudi. in criminali. hoc tamen intelligas lite conteſtata: quia ſi ante litis conteſtationem deſiſtit non incidit in penam: † vt. ĩ. eo. ca. ⁊. ff. rem ratam ha. amplius, et. ff. de in ius vo. ca. Quis, licet ſit argumentum contra. C. de tranſac. ſi quis maior. ĩ. e. placuit. Et ꝙ dicit ꝙ cauſam perdit, dicunt quidam ip ſo iure: verius credo, ꝙ per ſententiam: ⁊ hoc innuit hoc verbum conuentus.

f ¶ Pontifice. hic manifeſte habes ꝙ in cauſa eccleſiaſtica neuter poteſt adire aliuz iudicem, ſiue in ciuili, ſiue in criminali negocio: laici autem ſine cõſenſu ordinarij eligũt alium iudicem in ciuili negocio: vt ff. de iudi. l. j. C. de iuriſdict. omnium iudi. l. j. ſed non in criminali: vt. C. de iuriſdict. omnium iudi. in criminali. ĩ. e. ca. ſi quis cuz clerico. ſed in clerico requiritur conſenſus epiſcopi: et etiã proprius conſenſus. argu. hic, ⁊. ix. qõne. ij. ca. j. ⁊ ĩ. e. clericum. ⁊ ca. nullus. ⁊ ca. inolita. ⁊. vj. qõ. iij. deniq;. et. iij. qõe. vj. nõ liceat. extra de foro competen. ſignificaſti. Et eſt triplex ratio quare laicus poteſt, ⁊ non clericus: quia laicus poteſt iurare ſine licentia ſui iudicis: ſed clericus non: vt extra de iuramento calum. inherentes. Sed non poſſet coram laico litigare, niſi ibi iuraret. Item ab alio epiſcopo non poteſt ordines accipere: ergo nec iudicium: quod maius eſt: vt. ix. queſtio. ij. nullus primas. Item nõ poteſt ab alio q̃ʒ a ſuo prelato petere iudicium aie, qđ eſt occultũ: ergo multo fortius nec manifeſtum: vt

Actor ⁊ reũ ad iudicez nõ ſuũ trahẽs. † Idez Barth, Bald, Ange, Cy. et Pau. 6 ca. i. d. l. in criminali in gloſ, allega.

Clerici an poſſint in dicẽ nõ ſuũ conſentire.

de pe.diſtinc.vj.placuit. Itē inconueniens iam eſſet ꝙ vnus epiſcopus iudicaret clericos alterius epi: quod eſſe non debet: vt.ix.q.ij.per totum.⁊ ſic omnes de vno epiſcopatu poſſent ſibi aliū epm̄ eligere in iudicem, nec renūciare poteſt clericus huic iuri, extra de foro cōpe. ſi diligenti. credo tamen ꝙ licet non poſſint renūciare expreſſe, ꝙ tamen ſpōte id eſt tacite poſſunt ꝯſentire in alium iudicē. † nā arbitrū ſponte eli= gūt et iudicē dele= gatū: alioquin ex= ſufflatū erit priui= legiū clericoꝝ ꝙ clericus poteſt eli= gere corā q̄ iudice velit litigare. in cō ſti. fede. auꝉ. habi= ta. C. ne filius pro patre. Itē multa poſſum facere ſpō te, ad que non poſ ſuꝫ me pacto aſtri gere: nā poſſuꝫ in= ſtituere aliquē he redē: non tñ pacto ad hoc me aſtrin= gere poſſuꝫ: vt. C. de pac. l. vlt. Item tacite poſſum re= nunciare foro, licꝫ non expreſſe: ſicut tacite papa renun ciat ꝓuilegio ſuo: vt. ij. q. vij. nos ſi. et. q. v. mādaſtis. Sicut tacite poſ= ſum renūciare ex= ceptioni ꝓcurato= rie contra militeꝫ, ſed non expreſſe: vt. ff. de ꝓcu. filiuſ familias ⸿. vete= rani. ſimiliter taci te poſſum renūciare iuramēto calūnie, ſed nō expreſſe. C. de iur. calū. l. ij. in fi. ⁊ ꝙ ſponte poſſit reſpondere, ha bes. iij. q. vj. pulſatus. Ioā. Quicquid dicat Ioan. hoc tene ꝙ in laicū nullo modo cōſentit clericus: vt ex̄ de fo ro cōp. ſi diligēti. nec in clericū ſine cōſenſu epi: vt ex̄ de foro compe. ſignificaſti. B.

Placuit. ¶ Caſus. Aliq̄s clericus accuſabatur de crimine, vel conueniebaꝉ ciuiliter corā iudice ec= cleſiaſtico. lite conteſtata maluit accuſari vel cōuenire corā iudice ſeculari. querebaꝉ in cōcilio Carthaginen. quā penā pati debeat. Reſpondet ꝙ in criminali cauſa ſiue fuerit condēnatus ſiue abſolutus, locū ſuū amit= tat. i. deponaꝉ. In ciuili ꝟo cauſa perdat qđ euicit. i. id in quo fuit abſolut⁹, perdat, qꝛ male de eccleſia ſentit qui de ſeculari iudicio auxiliū poſcit. Et nota ꝙ h. ⁊ B. ⁊ Io. intelligūt hoc ca. cū lis erat cōteſtata corā eccl'ia= ſtico iudice. Sed certe ego credo ꝙ poſſet intelligi cum nondum erat lis conteſtata coram eo.

a ¶ Intentatū. i. obiectū. Et ſic loquiꝉ cū lis ſit conte= ſtata. Sic etiā intelligunt Hug. B. ⁊ Lau. Sed Bar. brix. dicit. Ego credo ꝙ poſſit intelligi cum nōdum lis fuerit conteſtata coram eo.

b ¶ Purgari. Per hoc patet ꝙ loquiꝉ de reo: ſed ꝙ di cit poſtea euicit, intellige id in quo eſt abſolutus.

c ¶ Locum ſuum amittat. i. deponatur.

¶ Clericus apud ciuilē iudi= cem iudicari non debet.

Placuit vt q̄ſquis epo= rum pbroꝝ ⁊ diacono= rum ſeu clericoꝝ cum in eccle ſia ei crimē fuerit intentatū [a] vel ciuilis cauſa fuerit cōmo= ta: ſi derelicto eccleſiaſtico iu= dicio, publicis iudicijs purga ri [b] voluerit: etiā ſi ꝓ ipſo lata fuerit ſentētia, locū [c] ſuū amit= tat: ⁊ hoc in criminali actione. in ciuili vero perdat quod eui cit ſi locū ſuū obtinere malue= rit. ſi quidē ad eligēdos iudi= ces inique [d] de eccleſie conſor= tio iudicat, qui de vniuerſa ec= cleſia male ſentiendo, de iudi= cio ſeculari poſcit auxiliū: cuꝫ priuatoꝛuꝫ etiam cauſas apo ſtol⁹ ad eccleſiam deferri, atq̄ꝫ ibidē determinari precipiat.

Item ex eodem.

¶ Clericus nō accuſetur niſi ante eccleſiaſticum iudicem.

De diuerſis ordinibus eccleſie ſeruientibus ſi q̄s in cauſam criminis incur= rerit: ⁊ abnuerit iudiciū eccle= ſiaſticum, debet periclitari [e].

Item conſti. lxxiiij. c. j.

¶ Qui cū clerico litigium hꝫ epiſcopum ipſius adeat.

Si quis cum clerico liti gium habuerit: ſi quidē de cauſa pecuniaria: adeat prius epiſcopum cuius iudi= cio clericus ſuppoſitus eſt: il= le autē ſine damno [f] ⁊ ſine dila tione cōpetentē finem litī im= poſiturus eſt: ſin autem nolue rit [g] epiſcopus litem dirimere, tunc ad ciuilem iudicem diſce ptatio cauſe ꝑueniat: vbi au= tem dirimere epiſcopus vult cauſam, ſine ſcriptura [h] omnia ꝓcedāt: ⁊ definitiua ſententia ab eo ſine ſcripꝫ feraꝉ. ¶ Qꝫ ſi de criminali cauſa litigium emerſerit: tunc cōpetentes iu dices in hac ciuitate vel in ꝓ= uincijs interpellati, conſenta= neū legib⁹ terminū cauſe im= ponant: ita tamē vt diſcepta= tio litis duoꝛū [i] menſium ſpa= tium nō excedat a litis conte= ſtatione numerandū. Item.

In criminalibus vero cauſis nunq̄ꝫ ſine ſcriptura procede re dꝫ. Nō autē aliter puniaꝉ [k] cleric⁹ niſi obnoxius repertus ſacerdotio nudatus fuerit ab

d ¶ Inique. Cō tumeliam enim fa cit iudici qui eo re= licto vadit ad alte= rū: vt. ff. de arbi. l. litigatores. ſimili= ter ſi quis rem de= ducit corā vno iudi ce, ⁊ deducit poſt= ea coraꝫ alio, per= dit litem. C. de aſ= ſe. tol. l. j. in fi.

e ¶ Periclitari. i. deponi.

Si quis cū cle rico. ¶ Caſus. Duo dicuntur in hac lege. Prio di= citur ꝙ in pecunia ria cauſa actoꝛ de= bet clericū conue nire corā epiſcopo ſuo: q̄ cauſam de= bet examinare ſi= ne dāno ſportula= rū, et ſine dilatio= ne. Sed ſi epo nō vult cauſam pecu niariaꝫ redimere, ad ſeculares iudi= ces recurraꝉ. Si ꝟo vult eā dirime re, ſine ſcriptura oia procedere de= bēt, niſi partes ve lint ꝙ ipſa acta re= digant in ſcripꝫ. Scđo dicitur ꝙ in cauſa criminali de ciuili crimine re= currēdū eſt ad iu= dices ſeculares, q̄ infra duos menſes a tempore litis conteſtate cauſam criminalem decidant: nō tamen clericum puniant, niſi prius ab epiſcopo ſuo fuerit degradat⁹: ⁊ hec particu= la non tenet. pro crimine vero eccleſiaſtico tantū ad iu dicem eccleſiaſticum recurratur. Secūda pars incipit ibi: Qꝫ ſi de criminali.

f ¶ Damno. Sportularum, ad quas clerici non tenē tur: vt in auꝉ. de ſanc. epiſ. ⸿. ſportularum. coll'. ix. ergo nec aduerſarij ipſoꝝ teneri debent: vt. C. de fru. ⁊ liti. expen. l. vlti. †

g ¶ Noluerit. Illud nō tenet. Uel dic noluerit. i. non potuerit: qꝛ forte talē cauſam nō poteſt audire.

h ¶ Sine ſcriptura. Sine ſcriptura ꝓcedit epo cū iu= dicat inter ſuos clericos. Similiter in modicis cauſis nō requiriꝉ ſcriptura: vt in auꝉ. de man. prin. ⸿. ſit tibi. col. iij. Nō obſtat. ꝫ. ij. q. j. in primis. vbi diciꝉ ſententia nulla que ſine ſcripto ꝓferꝉ: illud eñ tantū tenet in cri minalibus ⁊ maioꝛibus negocijs.

i ¶ Duorum. Hoc nō tenet: vt. iij. q. iij. ⸿. ſpatium.

k ¶ Puniatur. Nec illud tenet: vt extra de iudi, cum hoc.

† Hoc nō pu= to verū ꝫ goff. vt. iij. q. vj. nō liceat ibi dixi. Archi.

ſ. ad co. vj.

Idē te= nent Guil. ꝺ cu. in. l. nemo. poſt gl. C. de iu riſ. oim iudi. et Ang. i l. cū ꝓ= curatoꝛ ⸿. ons. ff. de ope. no. nu. ⁊. l. q̄uis. ꝺ dā. infec.

† Ut pꝫ ex̄ de iu di. q̄ſ'r. I ſi. Sꝫ ꝫ in auꝉ. de ſan. epiſ. ⸿. ſi q̄s au tē, ꝑ pe= cunia. vbi de.

non ab homine.

Si clericus. ¶ Caſus. Quatuoꝛ articuli cõtinētur in hoc ca. Primus eſt ꝙ ſi clericus litē habeat aduerſus clericū, corā ſuo epiſcopo cõquerat. Scđs eſt, ꝙ ſi epiſcopus litem habeat ꝯtra ſuum clericū, corā arbitrꝫ ab vtraqꝫ parte electꝫ negociū terminetur. Tertius eſt ꝙ ſi cleric⁹ habeat cauſam aduerſ⁹ ſuū aut aliū epm̄, recurrat ad ſynodum prouincie. Quart⁹ eſt ꝙ ſi ep̄s vel clericus litem habeat contra metropolitanū, pergat ad primatem vel ad vrbem Conſtantinopolitanā. Scđs articulus incipit ibi: Uel certe. Terti⁹ incipit ibi: Et ſi cleric⁹. Quartus ibi: Si ṽo contra ipſi⁹ prouincie.

a ¶ Arbitros. et hec eſt ratio: quia metropolitan⁹ nō eſt iudex clerici: vnde ſub eo nō debet conueniri: nec corā epiſcopo debet conueniri, cū nō poſſit eſſe actoꝛ et iudex: vt ex de reſti. ſpo. cõquerēte. et extra de conceſ. prebē. ⁊ eccle. non vacā, poſt electionē. in fi. Sꝫ ꝗs coget eum eligere arbitros? Reſpondetur. epiſcopus, licꝫ ſit ei ſuſpect⁹: vt extra de appel. ſcđo requiris. Itē in alio caſu cogit ipſum eligere arbitros, ſcꝫ cum recuſat eum vel delegatū ab eo: vt. ſ. eo. peruenit.

Arbitros eligere qñ cogātur litigātes.

b ¶ Audiatur. ſ. vj. q. ij. c. epiſcop⁹. contra. ſed ibi ſoluitur.

c ¶ Synodi. Ergo ſi habetur ciuilis cauſa ꝯtra epiſcopum: ſolus metropolitanus non pōt audire: vt hic, ⁊. vj. q. iiij. ſi inter. ſed forte hoc nō tenet in maioꝛibus

ep̄o ſuo, vel clericatus honore. Si autē crimen eccleſiaſticū eſt: tūc ꝺm canones ab epiſcopo ſuo cauſe examinatio et pena ꝓcedāt: nullā cõmunionem aliis iudicib⁹ in huiuſmodi caſibus habentibus.

Itē ex cõci. Calcedonē.

¶ Clericus aduerſus clericū negociū habens, ſecularia iudicia non exerceat.

Si cleric⁹ aduerſus clericū habet negociū, nō relinquat ſuū epm̄: et ad ſecularia iudicia nō cõcurrat, ſed prius negociū agitetur apud ꝓpriū epiſcopū. ¶ Uel certe ſi fuerit negocium ipſi⁹ epiſcopi, apđ arbitros^a ex vtraqꝫ parte electos audiatur^b negociū. ſi quis vero ꝯtra hoc fecerit, canonū coꝛrectionibus ſubiaceat. ¶ Et ſi cleric⁹ aduerſus ſuum vel aliū epiſcopū habeat cauſam: apud audiētiā ſynodi^c ꝓuincie conquerat. ¶ Si vero cõtra ipſius ꝓuincie metropolitanū epm̄ ep̄s ſiue clericus habeat controuerſiam, pergāt ad ipſius dioceſis primates, aut certe ad Conſtantinopolitane regie ciuitatꝭ ſedem: vt coꝝ ibi negocium terminet. Item ex cõcilio Agathenſi.

Palea.

Clericum nullus preſumat apud ſecularē iudicem ep̄o nō permittēte pulſare: ſed ſi pulſatus fuerit, non reſpõdeat, nec pꝛoponat, nec audeat criminale negociū iudicio ſeculari pꝛoponere.

Ex his oībus datur intelligi ꝙ clericus ad publica iudicia, nec ī ciuili nec ī criminali cauſa eſt pꝛoducendus: niſi forte ciuilem cauſam ep̄s decidere noluerit, vel in criminali cauſa nō ſui honoꝛis cingulo eum denudauerit. ¶ Illud autem qđ in epiſtola Clementis dictū eſt, non cognitorē ſecularium negocioꝝ te vult de⁹ eſſe, ex ep̄ali vnctione intelligēdum eſt. non em̄ in epm̄ vngitur vt cognitoꝛ ſeculariū iudicioꝛū reſideat, ſed vt pꝛocuratoꝛ aīarum, et diſtributoꝛ ſpiritualiū exiſtat. ꝓhibetur ergo ſeclarib⁹ negociis occupari, nō ad temp⁹ ſequeſter fieri: vel ſecularia iudicia nō de rebus ſecularibus, ſed ſeculariū viroꝝ intelligēda ſunt. Iudicia de rebus ſecularibus ſecularia appellant, iuxta illđ apoſtoli: Secularia igit iudicia ſi habueritis, cõtemptibiles qui ſunt in eccleſia, cõſtituite. Iudicia vero ſeculariū ſecularia appellātur: iuxta illud apl̄i in epiſtola Clemētis: qđ ex ſubſequētibus datur intelligi cū dicit: Hec opera q̄ tibi minus cõgruere diximus, exhibeant ſibi inuicē vacātes laici. Pꝛohibent ergo clerici a cognitione negocioꝝ ſecularium virorum, nō ſecularium cauſarū. Negocia quippe clericoꝛū ſiue criminalia ſiue ciuilia fuerint, nō niſi apud eccleſiaſticū iudicem ventilanda ſunt.

Unde Adrianus papa ait.

¶ Non niſi in foꝛo ſuo audiatur clericus.

Clericus ſiue laicus ſi crimine aut lite pulſatus fuerit: non alibi q̄ꝫ in foꝛo ſuo pꝛouocatus audiatur.

Idem. ¶ De eodem.

In clericoꝝ ^d cauſa huiuſmodi foꝛma ſuet, vt nequaq̄ꝫ eoꝝ ſentētia a nō ſuo iudice dicta cõſtringat. Res vero in litigio poſita ante le-

cauſis: vel loquitur ꝺm antiqua tempoꝛa, quando pro ſingulis cauſis fiebat concilium: vt. ſ. ea. queſtione. iij. cap. ij. et. iij.

¶ Ex his oībus ¶ Caſus. Iſte. §. diuidit in duas partes. In pꝛima parte ꝯcludit ex ſupꝛadictis dicēs ꝙ ad ſecularem iudicē nec in ciuili nec in criminali cauſa eſt cleric⁹ ꝓducend⁹: niſi ep̄s ciuilē cauſā decidere nolit: vel niſi in criminali cleric⁹ prius ab ep̄o fuerit degradatus. ſꝫ male excipit Gra. niſi dicat allegando. In ſcđa parte reſpicit illud. c. te quidē. ⁊ exponit duobus modis illud ṽbū, ſcꝫ nō cognitorem ſecularium negocioꝝ te vult deus. et pmo ſic: nō vult de⁹ te oꝛdinare cognitorē ſeculariū negociorum. i. non vult te inungi in epm̄ ad hoc tantū vt ſis cognitoꝛ ſeculariū: ſed vt potī⁹ animarum lucris intēdas. Non tamē pꝛohibet ad tēpus negocia ſecularia termīare. Secundo exponit ita vt ſecularia negocia intelligātur ſeculariū viroꝛꝫ, que vacantes laici ſibi debēt ad inuicē exhibere: negocia vero ſecularia de rebus ſecularibus eccleſie et clericoꝝ, ſiue ſint criminalia ſiue ciuilia, nō niſi apud epiſcopū ſunt ventilanda. Secunda pars incipit ibi: Illud autē. Sequentia duo ca. patēt. ſ. coꝝ. vj. q.

d In clericorū. Supra. ij. q. j. in pꝛimis. in fi. ex. de iudi. at ſi.

¶ Res vero. ¶ Caſus. Quia ſupra ī multis. c. facta eſt mētio de rebus litigioſis: ideo Gratianus nunc docet ꝙ res litigioſa nō debet trāſferri ad

aliquam perſonam ante ſententiam definitiuam.

Q Uia res. ¶ Caſus iſte dupliciter poni ſolitus eſt. Et primo ſic. Reus poſſidebat rē litigioſā. que ſitum eſt a Gelaſio vtrum actor poſſit exigere penſiones. Et reſpondetur ꝙ non ante legitime cognitionis euentum: ſed res debet apud reum permanere donec apparuerit cui res potius debeatur: ⁊ ſi quid factū fuerit lite pendēte in preiudicium alterius partis / nihil valeat. ⁊ ſꝫ hoc expone. Nō ſinatur ſupple niſi ſit poſſeſſor.

gitimū cognitionis euentum in nullā debet oīno transferri perſonam. Unde Gelaſius papa Quingeſio epō.

¶ In nullā transferaꝛ perſona res in litigio poſita āte cognitionis euentum.

Q Uia[a] res in litigio[b] poſita, in nullam trāſferri poteſt oīno perſonam donec legitime cognitionis euentu cui potius debeatur, iudiciaria diſceptatione poſſit agnoſci: ex eadē re quiſpiā nō ſinatur exigere[c] penſiones: ſed in eodē ſtatu re eadeꝫ poſita in quo videꝛ (ſicut dictū eſt) ante ꝯſtitutā litē quiſq̄s ſibi putat quippiā poſſe cōpetere, iuridico pulſet examīe: preiudicijs oīb[9] idē ſubmotis.

¶ Queſt.ij.

Q Uod vero[b] culpa illa ſuſpēſione digna ſit, ex capitulo illo mileuitani cōcilij liquido cōſtat. ſi enim cōmunione priuādus eſt qui clericū ad ciuilē iudicē crediderit ꝑtrahēdum: multo magis ſuſpenſione dignus eſt qui ſui epiſcopi iudicium interpellantē ad iudiciū ſeculare pertrahere nō dubitauit.

¶ Queſtio.iij.

S Ed ponatur ꝙ[c] hec culpa ſuſpēſione digna non fuerit: queritur vtrū ſit deponēdus q̄ officium cōtra prohibitionē epiſcopi celebrare auſus eſt. Sꝫ ꝙ ſentētia epiſcopi ſiue iuſta ſiue iniuſta fuerit, timēda ſit: Gregorius teſtatur dicens.

¶ Timenda eſt ſententia paſtoris.

S Ententia paſtoris ſiue iuſta ſiue iniuſta fuerit timenda eſt[f].

a ¶ Q, res. Nec etiam actionē poteſt quis cedere aliꝗ poſtq̄ꝫ res ē deducta in litigium: vt.C.e.l.ij. nec valet priuilegiū impetratū tēpore litis: vt extra de teſti. cauſa.xvj.q.vj placuit. C. vnde vi authoritatē. C. de fundis et ſaltibus reipubli. lib.xj.l.ſi qua. nec res litigioſa poteſt dedicari. ff. de liti.l.vlti. q̄ autem rem litigioſam alienat: ⁊ alienatio nulla eſt: et preterea punitur venditor ⁊ emptor ſi ſciuit rē litigioſam: vt extra vt lit. penden. eccleſia. C.e.l.vlti. In caſibus tamē licite alienatur res litigioſa: ſcꝫ ex cauſa dotis / vel tranſactionis, vel donationis propter nuptias vel ex cauſa legati, vel diuiſionis rerū hereditariarū: vt. C. de litig.l.vlti. Item licite alienatur res litigioſa q̄ ſeruari non poteſt. ff. famil. hercif. alienationes. ⁊ ff. de peti. here. diuus.

b ¶ In litigio. Res dicitur litigioſa de cuius dñio vel quaſi cauſa vertitur inter petitorem et poſſeſſorem vel iudiciaria conuentione, vel precibus principi oblatis, et per eum aduerſario cognitis: vt in auten. de litig. in princ. col. viij.

c ¶ Exigere. Hoc intellige cuꝫ poſſeſſor eſt ſuſpectus: al's poſſeſſor ſemꝑ vtitur fructib[9] pendente lite: vt.xvj. q.iiij. volumus. extra vt lit. penden. a memoria.

Q Uod vero culpa. ¶ Caſus. Hic intitulaꝛ ſecunda queſtio qua queritur an hec culpa ꝙ clericus clericum aliquē inuitū trahit ad iudicē ſecularem / digna ſit ſuſpenſione. Et reſpōdetur ꝙ ſic. nam ſi dignus eſt priuari communione: vt.ꝫ.e.q.j. inolita, multo magis dignus eſt ſuſpenſione.

b ¶ Quod vero. Et eſt certum ꝙ ſic. ꝫ.e. inolita.

S Ed ponatur. Hec.q. diuiditur in.x. partes: in quarum prima probat per.xx.c. ꝙ ſententia paſtoris ſiue iuſta ſiue iniuſta timenda eſt. Secunda ibi, Verū hoc, Tertia ibi, Sed hoc, Quarta ibi, De his, Quinta ibi, Si ergo. Sexta ibi, Cum ergo. Septima ibi, Idem eſt. Octaua ibi, Quod autē. Nona ibi, Excōmunicationis, Decima ibi, Preſbyteris. Io. de fan.

¶ Caſus. Hic intitulatur tertia queſtio vbi queritur ſi hec culpa digna nō ſit ſuſpenſione. ſ. ꝙ ꝑpter hoc non debeat ſuſpēdi, ꝙ traxit clericuꝫ ad iudicē ſecularem: ſi tamen ſuſpēſus fuit propter hoc: ⁊ poſt ſuſpenſioneꝫ diuina celebrauit vtrū debeat deponi. Et reſpōdet ꝙ ſic: vt.j.e. ſi q̄s preſbyter. ⁊ ca. ſi quis epūs. Et procedit hoc ordine Grati. in hac queſtione. Primo ꝑbat ꝙ ſētētie epiſcopali parendū eſt: ſiue iuſta / ſiue iniuſta: et hoc vſq; ad.§. premiſſis. Deinde ꝑbat cōtrariū / ⁊ reſpondet allegatis tandem dat ſolutionem.

a ❡ Urbani. J. eo. quibus epi.

b ❡ Ceterū. q. d. bene diſtinguo inter excōicatos ſimpliciter, ꝛ anathematizatos: vt ſcilicet illi ſint vitandi: iſti non.

c ❡ Si tātum. J. vj. q. ij. placuit. ca. ij. ꝛ vlti.

d ❡ Item Gregorius. Cōtra id q̄ᵹ dixerat ſimpl'r excōicatos nō eſſe vitādos: modo oſtēdit oēs excōicatos eſſe vitandos.

episcoporū abſolui, id eſt more penitentiū reconciliari poterit: niſi primum apoſtolico cōſpectui ſe repreſentare curauerit.

Illud autem Petri de Clemēte: Si inimic⁹ eſt iſte Clemens ⁊c̄. de ſententia notatis intelligendum eſt: ſicut et illud Urbani[a], quibus episcopi non cōmunicant ⁊c̄. vt infra in eadem cauſa. Ceteruz[b] falſum eſſet illud Uarēſis cōcilij ſecundi, ſi tantum[c] episcopus alieni ſceleris ſe cōſcium nouit. Item et illud: Placuit vt ſi quando episcopus ⁊c̄. Require ſupra in cauſa, Duo fornicatores et infamia notati. ⁊c̄.

Itē Gregorius[d] clero et populo Salonitano.

❡ Comunicare non licet his qui ex communicatis communicant.

Rogo[e] ꝛ moneo ne cuiq̄ᵹ ſacerdoti ſupraſcripto maximo cōmunicāti[f] contra animā ſuā quiſq̄ᵹ veſtrum cōmunicare preſumat.

Item ex conci. Toletano. j.

❡ Nullus clericorum vel laicorum ad domum excommunicati accedat.

Rogo. ❡ Caſ⁹. Maxim⁹ nominatim excōicatus erat, ſicut dicitur. lxiij. diſt. ſalonitane. ꝛ. xciij. diſ. ca. mirat⁹. ſꝫ q̄daz preſbyteri ei ꝯmunicabāt. Precepit ergo Grego. clero ꝛ populo ſalonitano vt illis ſacerdotib⁹ nō cōmunicēt: ꝛ intellige q̄ꝯ cōicabant ei in crimine, vel erat excōicat⁹ cuꝫ omnibus ſuis fautorib⁹ iſte Maximus.

(marg.: et ita ponit ꝫ pprīaz ſignificatiōnē ip̄ſi⁹ verbi ſic alſ excōita ꝫ te ꝯtā⁹ verba acciperent ꝯpprīā ſignificatiōnē. ff. d enic. lu. ci⁹. i ſi. ff. loca. et cō. l. et ꝯduc tō ꝯ. papinia n⁹. vbi de hoc. Archi.)

e ❡ Rogo. Uerbum rogandi hic preceptiue ponitur. monemus eū quos habemus charos: vt. xxviij. q. j. ſic eñ. ꝛ alibi rogo nō ponit̄ deprecatiue. ff. de neg. geſt. ſi ſerui mei rogatu. ſed ponitur rogare pro mandare, ſic ponit̄ mādare pro rogare. xxiij. q. iiij. guiliſarius.

f ❡ Cōmunicanti. In ſacris ſ̄m h. Uel dic q̄ꝯ Maximus fuit excōicatus cū omnib⁹ ſuis authorib⁹. Uel iſti cōmunicabant ei in crimine: al'r excōicatio non deſcenderet vſq̄ᵹ ad tertiam perſonam. J. e. quoniam multos. nec ob. xix. diſtin. anaſtaſius. quia ibi communicabant ei in crimine hereſis.

Si quis laicus. ❡ Caſus. Statutū fuit in concilio Toletano q̄ꝯ ſiue clericus ſiue laicus ſit anathematizatus, nullus ei cōmunicare preſumat ſi ꝓo contrafecerit, etiā ipſe excōmunicetur. et hoc verum eſt de preſentibus, vel etiā de abſentibus qui nouerunt clericum vel laicum anathematizatum. Excommunicetur: id eſt pro excommunicato habeatur quo ad ſacramenta eccleſie.

g ❡ Epi. Iſti eñ non poterant ignorare ſententiam ſui epiſcopi: vt. xij. q. ij. qui ꝛ humanis.

h ❡ Cōmoniti. Arg. q̄ꝯ ſufficit ſi alicui dictū eſt de excōmunicatione alicui⁹ vt ipſum teneat̄ vitare: vt extra de elec. venerabilem. vltra mediū. in parte deciſa. et de poſtu. prela. ad hec. Argu. ꝯtra ex̄ de cleri. excō. mi. illud. R̄n. p̄ma ſententia vera eſt quādo excōicatio alicuius peruenit ad alium per famam publicam: al'r forte ſecus eſſet, vt in contrario.

(marg.: Excōicat⁹ vitād⁹ eſt)

Si quis laic⁹ abſtinetur ad domū eius vel clericoꝝ vel religioſoꝝ nullus accedat: ſimiliter ꝛ cleric⁹ ſi abſtinetur, a clericis deuitetur. Si quis ꝓo cum illo colloqui aut cōuiuari fuerit deprehenſus etiaꝫ ipſe abſtineatur. ſed hoc pertinet ad eos clericos qui eiuſdē epiſcopi[g] ſunt, ꝛ ad omnes qui cōmoniti[h] fuerint de eo qui abſtinetur, ſiue laico quolibet ſiue clerico.

Sed hoc[i] ſpecialiter in his q̄ excōmunicatꝭ nominatim cōmunicant. vnde infra Urbanus: Sane q̄ᵹ ſuper Richardo ⁊c̄. infra cauſa, quidā ep̄s in hereſim lapſus[k]. Item Nicolaus papa in cap. excellentiſſimus[l] rex Carolus. infra circa finem huius cauſe.

Item Urbanus papa.

❡ Sententia paſtoris timenda eſt, licet iniuſte liget.

Quibus epi non cōicāt, non cōicetis[m]: et quos eiecerint, non recipiatis. valde enim eſt timenda ſentētia epi, licet iniuſte liget[n].

Item ex octaua ſynodo.

❡ Excommunicationis contrahit penam, qui excommunicatis communicat.

❡ Sed hoc. ❡ Hec eſt tertia pars q̄ſt. in qua dicit̄ q̄ꝯ hec regula de vitādis excōmunicatis habet locum in excōmunicatis nominatim: ꝛ ad hoc ꝓbandū inducit. ix. ca. Jo. de fan. (marg.: iij. ps.)

❡ Caſus. Supra dictū eſt in ca. rogo. q̄ꝯ clericus ſalonitanus nō cōmunicaret ſacerdotibus cōmunicantibus Maximo nominatim excōmunicato: propter q̄ᵹ videt̄ vt etiam ab illis qui non ſunt noīatim excōicati ſit abſtinēdū. Soluit autē hoc Gra. ꝛ dicit q̄ꝯ illi ſacerdotes fuerūt noīatim excōicati cum Maximo. ita dicit h. Gra. ſentire. vl' ſ̄m Beñ. illud ca. rogo. intelligit̄ de illis ſacerdotib⁹ q̄ lꝫ nō fuerint noīatim excōicati: fuerunt tñ anathematizati pariter cū Maximo noīatim excōicato. ſic eñ dixit Greg. excōico Maximū cū oībus ſibi fauētibus. ꝛ ad hanc ſolutionē ꝓbandum inducit duas cōcordātias. Sequētia duo capi. plana ſunt. Excommunicationis. i. ſuſpenſionis a ſacramentis et ingreſſu eccleſie. ita dicit Hug.

i ❡ Sed hoc. Uult dicere q̄ꝯ Maximus fuit excōmunicatus cum omnibus ſuis fautoribus. Nec obſtat. J. xxiiij. q. ij. ca. iij. ꝛ. J. eo. excellentiſſimus.

k ❡ Lapſus. xxiiij. q. ij. ca. iij.

l ❡ Excellentiſſimus. J. e. excellentiſſimus.

m Quib⁹ epi. ❡ Non ꝯiectꝭ. ſi. vij. q. j. ſcire debes. xciij. diſ. c. j. Nec ob. vj. q. ij. ſi tñ. q̄ hic loq̄tur cum cōſtat ſentētia: ſed ſcitur eam eſſe iniuſtā.

n ❡ Liget. Dum tāmē error non ſit expreſſus in ſententia, extra, e, per tuas.

(marg.: Sub. q̄ eſt in̄ſtra exordie iudiciario.)

Si quis frater aut palā aut abſcōſe cū excōicato fuerit locut⁹, aut iunct⁹ cō munione: ſtatim cū eo excōicationis cōtrahit penā. Itē ex ɔci. Carthagi.ij. De eodē.

Qui merito facinorum ſuorū ab eccleſia pulſi ſunt: ſi ab aliquo epō vel pbr̄o vel clerico fuerit in cōmunione ſuſcepti: etiā ipſe pari [a] cū eis crimine teneatur obnoxi⁹ refugiēs [b] ſui epi regulare iudiciū. Item ex conci. Carthaginē. quarto.

Qui ſentētiā epi putat eſſe iniuſtā, recurrat ad ſynodū.

Clericus [c] q̄ epi diſtrictionem circa ſe putat iniuſtā, recurrat ad ſynodū. Itē Joānes Chryſoſtomus ſuper epiſtolā ad Hebreos.

Vincula eccleſiaſtica non ſunt contemnenda.

Nemo ɔtēnat eccl'iaſtica vīcula. nō eñ hō eſt q̄ ligat, ſ3 Chriſt⁹ q̄ hāc poteſtatē dedit, ⁊ dn̄os fecit homines tanti honoris. Item Auguſtin⁹ de verbis apoſtoli ſermone.lxviij.

Sathane tradit qui ab eccleſia excōmunicatur.

Omnis chriſtian⁹ dilectiſſimi q̄ a ſacerdotib⁹ excōicatur ſathane [e] tradit. quomodo? q2 ſc3 extra eccleſiam [f] diabolus eſt, ſicut in eccleſia Chriſt⁹: ac ꝑ hoc quaſi diabolo tradit q̄ ab eccleſiaſtica cōmunione remouet. Vñ illos quos tunc apoſtolus ſathane eſſe traditos p̄dicat: excōicatos a ſe eſſe demonſtrat. Idē ſuper Joan. De eodē.

Nihil ſic debet formidare chriſtianus q̄ ſeparari [g] a corpore Chriſti. ſi em̄ ſeparat a corpore Chriſti, nō eſt membrū eius. ſi nō eſt mēbrū eius, non vegetatur ſpiritu eius. Quiſquis autē (inq̄t apl's) ſpiritum dei non habet: hic non eſt eius. Itē Hiero. Quorū dimiſeritis peccata ⁊c̄. i. quib⁹ eccleſiā interdixeritis: niſi reconciliati per ſatiſfactionem fuerint, ipſis ianua regni celeſtis clauſa erit. Item ex concilio Mileuitano.

Vicini epiſcopi audiāt eos qui de iudicijs epiſcopoꝝ ſuorum querunt. Palea.

Preſbyteri [h], diaconi, vl' ceteri inferiores clerici ſi in cauſis q̄s habuerint, de iudicijs ſuoꝝ epoꝝ conqueſti fuerint: vicini eos epi audiāt: et inter eos quicquid eſt definiāt, adhibiti ab eis ex cōſenſu ſuoꝝ epoꝝ. q̄ ſi ab eis prouocandū putauerint: nō prouocent niſi ad Aphricana cōcilia, vel ad primates ſuarū ꝓuinciaꝝ. Ad trāſmarina autē qui putauerint appellandū: a nullo intra Aphricā in cōmunione ſuſcipiātur. Itē ex conci. Carthaginenſi quarto.

Iniuſta epoꝝ dānatio, irrita eſſe cenſetur.

Irritā eſſe et iniuſtam [h] epiſcopoꝝ dānationē

---

Qui merito. ¶ Caſus. Queſitū fuit in cōcilio Carthagineñ. quam penam pati debeat epiſcopus, preſbyter vel clericus ſi ſcienter communicet excommunicatis. Et reſpondetur q̄ pari crimine obnoxius teneri debet q̄d intelligit h'. quo ad ſacramenta, et ingreſſum eccleſie.

Excōicato nō cōicāo: a q̄ abſolui d3.

a ¶ Pari. Quid ergo ſi epus communicat alicui excōmunicato a ſimplici ſacerdote? tā ligatus eſt a canone. Sed a quo abſoluetur? Decre. dicit q̄ ɔmunicās excōicato, a ſuo p̄lato eſt abſoluendus. extra de pe. ⁊ re. quod autem. ⁊ ita a metropolitano. Sed dicas q̄ a ſimplici ſacerdote poteſt abſolui niſi ɔmunicet ei in crimine: vt extra eo. nuper. videtur tamen q̄ ſicut in ſuſpenſo a iure poſt penitentiā non requirit aliqua abſolutio: ſic nec in excōmunicato a canone: quod nō eſt verum: vt in. c. nuper. in fin. Sed q̄d ſi papa cōmunicet excōmunicato? ille non eſt ligatus: quia non ligat ipſum canō. xxv. q. j. §. his ita.

b ¶ Refugiēs. i. contemnens.

c ¶ Cleric⁹. Intellectum huius ca. habes. ꝟ. e. q. ſi epiſcopus forte.

ſ.coꝝ. v.b.

Nemo.

d ¶ Sz xp̄s. Ex hoc. c. dicit ꝓ. hiſpanus haberi cauſam quare nō poſſit appellari a ſententia excōmunicationis: cū chriſtus eū liget: a cuius ſententia non pōt appellari. Alia eſt rō: quia nemo excommunicatur niſi pro contumacia. [†] J. e. nemo. et non auditur cōtumax appellans: vt. ij. q. vj. §. eſt autem quādo. ver. ſunt etiam quoꝝ. Quidam autem illam aſſignant rationem, quia excommunicatio ſecum trahit executionem ſuam. extra de ap. paſtoralis. vnde ſicut ab executore non appellatur: ita nec ab hac ſententia. Sed hoc non valet: quia quandoq̄ appellat ab executore, cum ſc3 excedit modum: ⁊ ſententia qua quis abſoluitur ab alio, ſecum trahit executionem: tamen appellatur ab ea: extra de appel. qua fronte.

Appellari nō pōt ab excōicatione,

[†] De hoc no. ꝟ. e. epi q.

Omnis. ¶ Caſus. Dicitur in hoc ca. q̄ omnis qui excōmunicatur, ſathane traditur: q2 ſicut extra eccl'iā eſt diabol⁹, ita in eccleſia Chriſtus. vnde q̄ ab eccleſia remouet, q̄ſi diabolo traditur: et ſic exponit eccleſia de traditis ſathane ab apl'o.

e ¶ Sathane. dū tamē iuſta de cauſa excommunicet: vt. xi q. iij. ſi q̄s non recto. Rom. viij.b.

f ¶ Extra eccleſiā. Arg. q̄ qui ſemel excōicat⁹ eſt, amplius excōmunicari non po eſt: quia qui extra eccleſiam eſt, nō poteſt magis eſſe extra eā. Argu contra. iij. q. iiij. angel trudā. De hoc ibi notaui. Mat. xvj.c.

Nihil. ¶ Caſ⁹. Dicit hic augu. q̄ Chriſtian⁹ nihil debet magis timere q̄ ſeparari a corpore Chriſti, q̄d eſt eccl'ia: q2 ſi ab eo ſeparatur: nō eſt mēbrū ei⁹, nec ab eo vegetat. Et hoc ꝓbat duabus authoritatib⁹ Pauli ſc3 ⁊ hieronymi. Sic. i. tm̄.

g ¶ q̄ ſeparari. Juſte. al's nō obeſt: vt extra. e. a nobis. J. e. quid obeſt, tamen ſi cōtemnitur, ſtatim incipit ligare. [†] xxiiij. q. iij. [†] Ad notandū. in fi. ſed ideo maxime eſt timenda, quia maxima eſt pena: vt xxiiij. q. iij. corripiantur. Ad hoc. J. e. §. cū ꝟ. in fine.

Preſbyteri. ¶ Caſus. Require caſum huius ca. ꝟ. ij. q. vj. placuit. Sequens capitulū planum eſt. Irrita, id eſt irritanda de facto ſi eſt ipſo iure irrita. ſed nō facit hoc ca. directe ad propoſitum Gratiani.

h ¶ Preſbyteri. hoc ca. habet. ij. q. vi. placuit.

Irritā. ¶ Iniuſtā, i. irritādam. Vel prout ſonat.

censemus: et iccirco a synodo retractandam[a].

Item ex cõci. Carthaginẽ. v.

Qui causę sue adesse, et innocentiã suam asserere voluerit: intra annũ excõmunicationis hoc faciat.

Ursus[b] cõstitutũ est vt quotiẽs clericis conuictis vel cõfessis in aliquo crimine, vel ꝓpter vtilitatẽ eorũ quorum verecũdie parcitur: vel propter ecclesie opprobrium, aut insolentẽ insultationẽ hereticorum atq; gẽtilium, si forte cause adesse voluerint, et innocẽtiã suã asserere: intra annũ excõicationis hoc faciãt. si vero intra annũ causam suã purgare contẽpserint: nulla eorũ vox penitus audiatur.

Item Gelasius papa.

Audiẽtiam sua negat qui excõicationis sue causam agere intra annum differt.

Quicũq; intra anni spatiũ ciuiliter siue publice[c] causam suã corã suis excõicatoribus[d] nõ peregerint: ipsi sibi aditũ audiẽtie clausisse[e] videant. Qui si obstinato animo sine cõione defuncti fuerint: nos eorum cãm iuxta bti Leonis[f] ꝓdecessoris nři sentẽtiã diuino iudicio reseruantes: quibus viuis nõ cõicauimus, nec mortuis cõicare debemus. Palea.

Qui vero excõicato sciẽter cõicauerit: et ammodo saltẽ in domo simul orauerit: atq; latebras quo minus ad satisfactionẽ perducatur prebuerit: donec ab epo excõicatore penitẽtiã accipiat, corporis et sanguinis dñi cõione priuatũ se esse cognoscat.

Item ex concilio[g] Hilerdẽsi.

Tardius recipiatur ad veniã qui sacerdote iubente ecclesiam exire contẽnit.

Qui iubẽte sacerdote ꝓ qualicũq; culpa ab ecclesia exire contẽpserit: pro noxa ?tumelie tardius[h] recipiatur ad veniã. Sed queritur si ante dãnati absolutionẽ episcopũ mori cõtigerit: vtrũ dãnatus postea valeat absolui?

De his ita statutũ est in concilio Eupanensi.

A successore soluat qui post mortẽ epi remanet ligatus.

Si eps ante dãnati absolutionẽ obitu rapiat correctum aut penitentẽ successori[i] licebit absoluere.

---

a Retractandam. De facto si est ipso iure irrita: vt extra de appel. ad presentiam.

Rursus. Casus. Quidam clerici fuerunt de quibusdam criminibus accusati citati noluerũt venire: propter quod fuerunt excõmunicati. quesitum fuit in cõcilio Carthaginẽsi qualiter vlterius sit procedẽdum? Et respõdetur ꝙ quãuis contumacia faciẽte sint conuicti vel confessi: tamẽ vt eorum parcatur verecundie, ad euitãdam exultationẽ hereticorum vel gẽtilium intra annum expectantur: intra quẽ si venerint: causam suam defendat. si vero non venerint intra annum, postea nullo modo audietur. Idẽ sentit Hu. et Joan. quia q stat in excõmunicatione per annũ: iuris interpretatione pro conuicto habetur de crimine super quo accusatur: nec de eo auditur vlterius: sed de excõmunicatione vel contumacia quandocũq; voluerit satisfacere, audit: iuxta illud. In quacũq; hora peccator. et c. xxvj. q. vj. c. agnouimus. Purgare, id est venire ad iudiciũ vt de causa cognoscatur: vt sic purget vel condẽnetur. Quidam tñ intelligunt hoc ca. de clericis infamatis qui se purgare contẽnunt.

b Rursus. i. post alia statuta. Sic pone casum. Quidam accusatus de crimine, legitime fuit citatus: noluit venire: excõicat ꝓ ?tumacia. si intra annũ venerit, audit sup crimine: postea nõ: q habet ꝓ cõuicto vel cõfesso iuris interpretatione. nã q excõicatus est ꝓ suspitione heresis, post annũ ꝓ heretico habet: vt ex de here. excõmunicamus, circa prin. non ob. iij. q. ix. decreuimus. qt ibi loquit cũ lis est cõtestata. Uel ibi nõ punit de crimine: sed ꝓ cõtumacia. Sed P. hispanus ꝓpter hoc verbum purgare, intellexit hoc ca. de clerico infamato: q si citat vt se purget, et contumax fuerit, iuris interpretatione ꝓ cõuicto habet. xxiiij. q. iij. de illicita. Uel dic ꝙ temperat rigorẽ illorum canonũ q dicebant ꝙ si clericus cõtẽnit excõicationẽ, statim deponẽdus est. s. e. si qs pbyter. et ca. sequẽ. sed hic ꝓpter insultationẽ hereticorum datur ei annus ad ꝓbãdum innocentiã suam. sed si per annũ steterit excõmunicatus, tũc primo deponit. Uel dic ꝙ etiam post annum potest audiri de crimine quantũ ad hoc vt ostendat innocentiã suã: sed non quãtũ ad hoc vt recuperet bona sua: vt. C. de requiren. reis. l. ij. qd tamẽ hic dicitur de anno, videtur correctum: extra de cleri. non resi. ex tue. Sed dic ꝙ non habet ꝓ conuicto spatio minori q̃ anno: vt hic dicitur: sed tamẽ in minori spatio potest priuari beneficijs: vt ibi. Et no. ꝙ seq. c. loquit de ciuili negocio et criminali: hoc autẽ in criminali tantum.

Quicunq;. Casus. Quicũq; fuerint excõicati ꝓpter ciuilẽ vel criminalẽ causam si intra annum causam nõ peregerit corã suis excõmunicatoribus: postea non audiatur. si vero in excõmunicatione fuerint mortui, iuxta sententiã Leonis eis mortuis ?municare nõ debemus: sicut eis viuis nõ cõmunicauimus: sed diuino iudicio reseruentur.

c Siue publice. i. siue criminaliter.

d Excõmunicatoribus. Excõmunicandus est reus cum talis est causa ꝙ actor nõ potest mitti in possessionẽ: vt extra vt lit. nõ cõtest. tue.

e Clausisse. quantũ ad causam possessionis, sed nõ proprietatis. vnde mitius agit in ciuili q̃ in criminali causa, vt dictũ est. s. c. pxi. vt ex vt lit. nõ ?test. qm frequẽter. Uel loquit de actore ?tra quẽ bene ꝓcedit lite nõ cõtestata: vt extra de do. et contu. causam.

f Leonis. xxiiij. q. ij. sane. et ca. de cõmunione.

g Item ex concilio. He sunt palee. B.

h Qui iubẽte. Tardius. Hoc in laico. clericus enim deponit. s. e. si qs eps et iudex potest alicui negare iustitiã ꝓpter delictũ suũ: vt. ff. ex qui. cau. ma. si etsi. §. actio. immo quãdoq; duplicat alicui pena ꝓpter ?tumaciã suã: vt. ff. de pe. aut damnũ. §. quisquis. et est simile. s. xviij. dist. si quis autem.

Sed queritur. Casus. Supra in ca. quicunq; dictũ est ꝙ mortui in excõicatione soli deo reseruant. Nunc ꝓo querit si qs eps excõicator primo moriat, qs debeat absoluere excõicatũ? Et respondet ꝙ successor: qd probat sequẽ. ca. cuius casus patet.

i Si eps. Successori. huic est si. ff. de iudi. mor=

---

Jta ꝙ directe agat de crimie i q casu loqt hº c. et seq. ...iij. q. ...h. de: cerni: mus. et ista ca. loquun tur lite ?testa: ta fm B. qd dic vt not. ex de do. et ?tu. hi: tar?. in glo. hoc ps. z. iij q. ix. in summa Archi?

Succeſſor facti anteceſſoris ꝯfirmare tenet.

tuo. Eſt ergo hic argu. ꝙ ſucceſſor poteſt corrigere, et tenetur confirmare factum anteceſſoris ſui. xxxv. q. ix. quod ꝗs. extra de precar. c. ij. ⁊ xvj. q. vj. illud. xij. q. ij. quicunq;. et in aut. vt nulli iu. §. et hoc vero iubemus. ſucceſſor autem delegati non poteſt abſoluere vel reſtituere poſſeſſionez adiudicatam, niſi ſuccedat in honore ⁊ onere: ex. de offi. ordi. paſtoralis. §. preterea.

¶ Premiſſis. ¶ Caſus. Hactenus ꝓbauit ꝙ ſententie excõmunicationis ſiue iuſte vel iniuſte parendum eſt. Modo allegat cõtrariũ: ⁊ reſpõdet illis duob⁹ ca. ſententia paſtoris. ⁊ c. ꝗb⁹ epi non cõmunicant. ⁊ dicit ꝙ loquuntur de ſententia iniuſta que nõ eſt ſeruãda, ſed timẽda: qđ allegando dicit. Alia vero ca. intelligũtur de cõtumacib⁹ et negligẽtib⁹: qui licet peccata de ꝗb⁹ impetunt nõ cõmiſerint, tamẽ excõmunicationis ſententis licite feriũtur. Hos ſolos ſcilicet contemptores vel negligentes.

a ¶ Sic et vrbanus. Supra. e. ꝗbus epiſcopi.

Nemo. ¶ Caſus. Hoc ca. diuidit in duas ꝑtes. In prima parte dicitur ꝙ null⁹ epiſcop⁹ dz ſuum parochianum excõmunicare niſi ꝓpter manifeſtam cauſam peccati. In ſcđa parte dicit ꝙ null⁹ debet anathematizari ab epo, niſi ꝓpter cõtumaciã mortalis peccati: nec ſine cõſcientia archiepi vel ſuffraganeorum.

Premiſſis authoritatib⁹ ꝗb⁹ iniuſte ſentẽtie vſq; ad examinationẽ vtriuſq; partis parere iubemur, ita rñdetur. Grego. nõ dicit ſentẽtiã iniuſte latam eſſe ſeruãdã, ſed timẽdã. ſic ⁊ Urban⁹ ᵃ. Timẽda eſt ergo. i. nõ ex ſuperbia ꝯtẽnẽda. Reliqueuero authoritates de excõicatis loquunt ꝗ vel vocati ad ſynodũ venire contẽpſerũt, vel calliditatib⁹ aduerſantiũ occurrere neſciẽtes, iniuſtã ſententiã a iudice reportauerunt: vel ꝗ neglectu ſue vite ſiniſtrã de ſe opinionẽ naſci ꝑmittẽtes ſentẽtiã in ſe excepe rũt. Hos ſiꝗdẽ ſolos excõicationis ſententia ferire licet.

Unde in Meldenſi concilio.

¶ Quibus culpis exigentib⁹ aliquis ſit cõione puniendus.

Nemo epoꝝ quemlibet ſine certa et manifeſta pctĩ cauſa cõione ᵇ priuet eccleſiaſtica. ſub anathemate autẽ ſine ꝯſciẽtia ᶜ archiepĩ aut coepoꝝ nullũ preſumat ponere, niſi vnde canonica docet authoritas: qr anathema eterne eſt mortis ᵈ dãnatio, ⁊ nõ niſi ꝓ mortali dz iponi crimie, ⁊ illis ꝗ aliter non potuerũt corrigi.

Item ex conci. Aluernenſi.

¶ Pro paruis ⁊ leuibus cauſis nullus cõione priuetur.

Null⁹ ſacerdotũ queꝗ; recte fidei hominẽ pro paruis ⁊ leuibus ᵉ cauſis ⁊ cõmunione ſuſpẽdat: preter eas culpas ꝓ quibus antiqui patres arceri ᶠ ab eccłia iuſſerũt committentes.

Item ex cõcilio Triburiẽſi.

¶ Pro his trib⁹ criminib⁹ ꝗlibet cõione priuetur.

Certũ eſt ꝓ his tribus ᵍ criminib⁹ aliquẽ excõmunicari debere: cũ ad synodũ canonice vocat⁹ venire cõtẽnit: aut ſi poſtꝗ; illuc venerit, ſacerdotalib⁹ reſpuit obedire preceptis: aut ſi ante finitã ʰ cauſe ſue examinationẽ a ſynodo abire preſumit.

De his ⁱ inꝗ; ⁊ hmõi premiſſe authoritates loquunt: non de iniuſte ſuſpenſis. Qꝫ autẽ iniuſte ſentẽtie parẽdũ nõ ſit, multis authoritatibus ꝓbat: quarũ prima eſt illa Hiero. ſuper Mattheũ. lib. iij.

¶ Sẽtẽtia paſtoꝝ reũ vel innocẽtẽ nõ ꝯſtituit vel facit.

Quomodo ᵏ ſacerdos mũdũ leproſum non facit,

telligẽ de venialibus: vt. j. de conſe. diſti. ij. quotidie. et ca. panem de altari.

f ¶ Arceri. i. excõmunicari. Baz. tamẽ intellexit ꝙ ꝗcunq; eſt in mortali peccato non debet ingredi eccleſiã per id quod eſt. xxxiij. q. iiij. vir cum ꝓpria. ſed nõ eſt verum vt ibi dixi. et. j. de peni. diſti. v. falſas. ⁊. j. q. j. qui ſtudet. Jo.

¶ Certũ. ¶ Caſus. Quidaz clerici vocati ad ſynodum venire contẽnebant: aut ſi veniebant, non obediebant: vel ſi obediebant ad tẽpus ante finez cauſe a ſynodo recedebãt queſitum fuit de iſtis vtrum ꝓ his tribus criminibus ſint excõicãdi? Et reſpon. ꝙ ſic.

g ¶ Tribus. i. ꝓ cõtumacia iſtorũ. idẽ eſt de quolibet alio crimine.

h ¶ Ante finem. ſic. j. de conſe. diſ. j. miſſas.

¶ De his. ¶ Hec eſt ꝗrta pars. q. in qua probare intẽdit magiſter ſupficialiter ꝙ ſententie iniuſte non ſit parendũ: ſcꝫ ꝙ neminem ligat apud deum, ſup. niſi cõtẽnatur: alꝰ cõtra xxiiij. q. iij. notandũ. Hoc tamen intẽdit probare per xix. c. que aliter intelligunt ꝙ in ſententia excõmunicationis. Jo. de f. iiij. ps

¶ Caſus. Nũc dicit Gratia. ꝙ de talibus contumacibus loquuntur ſupradicte authoritates quib⁹ non eſt cõmunicandũ: ſed nõ loquunt de iniuſte ſuſpenſis: cui iniuſte ſententie ꝓbat ſophiſtice non eſſe parendum multis authoritatibus: quarum prima eſt ⁊c.

i ¶ De his. i. de contumacibus.

Quomodo. ¶ Caſ⁹. Oſtẽdit hic Hiero. ꝙ ſicut ſacerdos veteris teſta. mundũ non faciebat leproſum: ſic hodie prelatus non ligat per ſuam ſententiam inſontes, nec ſoluit noxios: ſed ex officio ſuo ſcire debet quis ligandus ſit, ⁊ quis ſoluendus.

k ¶ Quomodo. Si quis em̃ dicebatur leproſus, ducebatur ad ſacerdotem: et ſi ille iudicabat illum leproſum vel mũdum, ita habebatur: vt. j. de peni. diſt. j. §. ex his itaq;. Et ſic patet ꝙ ſententia non dat nouum ius, ſed vetus declarat: vt. ff. ſi ſer. ven. ſicuti. §. iiij. tñ ſi ſentẽtia fuerit lata ꝓ reo, per hoc nõ tollit obligatio: vt. ff. de cõdi. inde. Julianus. ſed ſi ꝓ actore ferat, dat ei nouũ ius.

Sẽtẽtia non dat nouũ ius.

Ad hoc. s. e. ꝗ merito. de ꝯſe. diſ. ij. ſi nõ ſunt. ibi de hoc. ⁊ no. s. e. epiſ. ⁊. s. e. excõicatos. et xvij. q. iiij. de pbroꝝ. Arcꝗ.

b ¶ Cõmunione. Sacramentorum.

c ¶ Sine conſcientia. Hoc eſt verũ cum illud delictũ tangit totam ꝓuinciam: alꝰ non tenet: vt. ix. q. iij. c. ij. ⁊ ca. archiepiſcopus.

d ¶ Mortis. Sed cũ ſit perpetua dãnatio, qualiter dicit medicinalis? vt. ij. q. j. multi? Reſpon. cũ cõtẽnit, eſt dãnatio: alꝰ non: vt. xxiiij. q. iij. notandum. in fi. Itẽ videt hic ꝙ nemo ſit excõmunicandus niſi pro contumacia: vt. xlv. diſt. ſed illud. ⁊. xxiiij. q. iij. tã ſacerdos. ⁊. c. eccleſie. ſed hoc nõ eſt verũ: ᶠ vt extra de verb. ſigni. ex parte. Uel dic ꝙ tunc demum quis poteſt excõmunicari ꝓ crimine cum eſt incorrigibilis, cum aliter non poſſit corrigi. xxiiij. q. iiij. forte. Jo.

e ¶ Nullus. ¶ Et leuibus. Simile. s. eo. epi. Uel in

nam actionem: vt.C.de re.credi.actori.
a ¶ Nõ alligat. q̃ntũ ad deũ, ſed q̃ntũ ad eccleſiam: vt xxiiij.q.iij.ſi quis non recto.
b ¶ Nec ſoluit noxios. Talis abſolutio non prodeſt q̃ntum ad eum qui querit indiſcretũ ſacerdotẽ vt eum per imperitiã abſoluat: vt.j.de pe.ni.di.vj. qui vult.
c ¶ Scit.id eſt ſcire debet vt iudex. Jo.de fan.

k ¶ Ut noceat. Quia ſi per imperitiam iudicat, facit litem ſuã: vt inſti.de obli.que ex quaſi deli.naſc.§.j.ſed ſi per dolum, incurrit infamiã: et preterea punitur in totam litis eſtimationẽ. † C.de pe.iu.qui male iu.l.ij.eodem modo ad intereſſe punitur qui iniuſte excõmunicauit aliquem, niſi errauerit ex cauſa probabili: vt extra de ſentẽ.excõ.ſacro.

Quid. ¶ Caſus Dioſcorus hereticus alexandrinus p̃triarcha q̃ſdã excõmunicauit qui eius ſentẽtia credebãt ſe eſſe ligatos. queritur a gelaſio vtrũ a tali ſententia ſint ligati: et reſpõdet q nõ nec indigent abſolutione: ſed deponant illam opinionem: et erit ſententia nulla.
d ¶ Illata. a dioſcoro heretico: cuius ſentẽtia nulla fuit. Sz q̃d ſi aliã tuliſſet ſentẽtiã in ſuos ſubditos? Dico q tenet: quia illi qui ſunt extra eccleſiam, bene habent iuriſdictionẽ vt.xxiij.q.v.ſi propterea.et.iij.q.vij. c.vlti. Alij contra ſentiunt vt.xxiiij. q.j.audiuimus. ſz illud non tenet cũ excõmunicatus eſt: vt extra de ſentẽ. et re iudic. ad probandum.

Secundum. ¶ Caſus Nature dei ſcz homini nõ poteſt aliq̃s iniuſte nocere: nec ipſa poteſt iniuſte et ſine cauſa nocere: quia deus non patitur quẽq̃ iniuſte noceri. Sequẽtia capitula plana ſunt vſq̃ ad capi. in cunctis.

ſic ep̃s vel pbr̃ nõ alligat[a] eos q̃ inſontes ſunt: nec ſoluit[b] noxios: ſed ꝓ officio ſuo cũ peccatorum varietates audierit ſcit[c] qui ligandus ſit: qui ſoluendus. Item Augu. ſuper Mattheum. Palea.

Ridiculũ eſt vt eũ mundũ eſſe dicamus q̃ vinculis pctõꝝ ſuoꝝ ligatus eſt propter hoc ſolũ q ep̃s dicit̃ habere hm̃oi poteſtatẽ, vt ſoluti ab eo, ſoluti ſint in celo: et ligati in t̃ris, ligati ſint in celo. Sit ergo irrep̃henſibilis q̃ alterũ ligat aut ſoluit. Itẽ Gelaſius papa ep̃is orĩẽtalibus de damnatione dioſcori.

¶ Non eſt petẽda abſolutio cum inique fertur ſentẽtia.

Qui eſt illata[d] ſnĩa: deponat errorẽ, et vacua eſt. ſz ſi iniuſta eſt: tãto curare eam non debet, q̃nto apud deũ et eius eccleſiã neminẽ põt grauare iniqua ſnĩa. ita ergo ea ſe non abſolui deſideret, q̃ ſe nullatenus ꝓſpicit obligatũ. Itẽ Augu. de ſummo bono.

¶ Deus nõ nocet, nec noceri patitur aliquem iniuſte.

Secũdũ catholicã fidẽ nec dei[e] nature nocere quiſq̃ põt, nec natura dei iniuſte nocere cuiq̃ põt: nec nocere[f] iniuſte patit̃ quẽq̃. q̃ em̃ nocz (vt ap̃ls ait) recipiet hoc q̃d nocuit. Idẽ de v̾bis dñi.

¶ Iniuſta vincula dirumpet iuſtitia.

Colo. iij.d.

Q[g]Epiſti habere fratrez tuũ tanq̃ publicanũ. ligas illũ in terra: ſed vt iuſte alliges vide. nam iniuſta vincula dirũpit[g] iuſtitia. quẽ ſolueris[h] (inquit) in terra: ſolutus erit in celo. Idẽ de ſermone domini in monte.

¶ Temeritas iudicãdi nõ ei qui iudicat̃ ſed iudici nocet.

Temerariũ iudiciũ plerũq̃[i] nihil nocet ei de quo temere iudicat̃. ei autem qui temere iudicat, ipſa temeritas neceſſe eſt vt noceat[k]. Item ad clerũ Hipponeñ.

¶ Nõ obeſt hoĩ iniuſta ſnĩa.

Quid obeſt homini q ex illa tabula[l] vult euz delere humana ignorantia, ſi de libro viuẽtium non deleat iniqua conſcientia? Idem ad Secundinũ manicheum. De eodem.

Sentiat[m] de Auguſtino quicq̃d libet: ſola me in ocłis dei ↄſciẽtia nõ accuſet. Itẽ Greg. Conſtantino mediolanenſi archiep̃o.

¶ Quos cõſciẽtia iuſtificat, alioꝝ maledicta nõ timeant.

In cũctis que in hac vita aduerſa ꝓueniũt: ſola eſt (ſicut noſtis) oĩpotentis dei diſtrictio penſanda: atq̃ ad cor propriũ ſemꝑ recurrẽdũ: vt nullius ibi lingua[n] ipli cet vbi conſciẽtia nõ accuſat. quẽ em̃ cõſcientia defendit, liber eſt inter accuſatiões: et liber ſine accuſatiõe[o] eẽ nõ põt ſi ſola q̃ interius addicit[p] cõſciẽtia accuſet. De v̾a igit̃ ſcrutate abſit a chriſtianoꝝ iudicio

l ¶ Quid obeſt. ¶ Tabula.ij.q.j.c.nomen.
m ¶ Sentiat. e. nõ ſũt cõtra.xij.q̃one.j.nolo. de cõſe.diſtin.j. iubemus in illis ca. dicitur q non ſufficit conſcientia, ſed requirit̃ bona fama quantũ ad alios. ſed illa cap. loquũtur quãdo ſumus inter tales q̃ parati ſunt imitari, et non reprehendere: vnde ne tales corrũpamus exemplo, niti debemus vt fama nr̃a luceat coram eis. ſed hic loquit̃ cum ſumus inter tales qui non curãt imitari, ſed reprehendere: tunc ſufficit nobis quãtum ad eos ↄſciẽtia bona.

In cunctis. ¶ Caſus Cõſtãtinus archiep̃s mediolaneñ. infamatus erat a quibuſdaz maledicis ſuper quibuſdam criminibus: et ideo corriger̃ ſubiectos p̃termittebat: nec etiaz predicabat: q2 credebat q papa crederet v̾a eſſe que dicta ſũt de eo. Papa vero ſcribit ei vt ꝓpter hoc non dimittat vtilitatem ſubditorũ: ſed ſolã cõſcientiã mũdam retineat apḋ deũ. et dicit ſe talia nũq̃ crediſiſſe: cum ſacri eloquij teſtimonia dicant mala nõ eſſe credenda niſi probentur.

Iudex male iudicans qualit̃ punit̃.

† De hoc no. ij.q.vj. hoc ẽt. et ex̃ li. vj. de re iud. cuz eterni. q̃ eſt in not. iiij.

Fama bona cũ conſcientia req̃rit̃.

e ¶ Nec dei.i.deo
f ¶ Nec nocere quin puniat malefactorem: vt.xxxij. queſtio.iiij.nemo.
g ¶ Epiſti. ¶ Dirũpit. vt.xv.q.vj.authoritatem.
h ¶ Solueris.q.d.ſi iuſte ligas, erit ligatus in celo et econuerſo: vt de pe.diſt.j.quem penitet.
i ¶ Temerariũ. ¶ Plerũq̃. Nocet em̃ ſi cõtemnat̃,
n ¶ Lingua. ablatiui caſus: ſcz vt propter nullius linguam credat ſe aliquis implicitum et reum.
o ¶ Accuſatione. interiori.
p ¶ Addicit, id eſt condemnat.

a ¶ Maledicorū. Arg. ꝙ infamia orta ab inimicis nō inducit purgationem. ex̄ de purg. ca. cum in iuuentute. ꝛ. ij. q. v. oībus. nec etiam a leuibus perſonis, nec ab illis qui de facili credunt.
b ¶ Niſi probata. ī. xxx. q. nullum ante.
c ¶ Probata. al's prolata.
d ¶ Ulciſci. i. puniri ꝙ̃ citius fieri poteſt: vt. xxiij. q. iiij. cum quiſqꝫ.

Et ſi ad tps.
¶ Caſus. Dicit Augu. ꝙ ſi quis homo damnet in hoc ſeculo iniuſte a terrena poteſtate, vt Cyprianus martyr: non eſt tamen curandū: qm̄ a ſuperiori iudice recipiet coronam. Et ſm̄ Hug. eſt in litera proconſul. ꝛ ſm̄ hoc erit ibi ad dixerit.
e ¶ Cyprianum. martyrem.
f ¶ Sella. Id eſt ſedes iudicis.
g ¶ Corona. Si ſentētiam patienter ferat: vt. ī. ea. q̄ iuſtus.

Cuſtodi ꝛc.
¶ Caſus. Dicitur hic ꝙ lʒ falſuz teſtimoniū faciat alicui iuſto preiudiciū apud ſeculares, nō tamē apd̄ deum preualebit, cum deus erit iudex: ꝛ ſola cōſcientia teſtis: ꝛ ideo in anima debet innocētia cuſtodiri vbi cauſa iuſti non opprimitur.
h ¶ Cuſtodi, qꝛ corpori vis poteſt fieri: non anime: xxiij. q. v. §. j. xxiiij. q. vj. in princi. Jo. de fant.

Inter verba.
¶ Caſus. hoc ca. diuidit ī duas partes. In prima dicitur ꝙ ſiue laudamur ſiue vituperamur, ſemper eſt ad mentem recurrendū. ꝛ ſi bonū qḋ dr̄ nō eſt in nobis, triſtari debemus. Si vo malū qḋ hoīes de nobis loquūtur nō eſt in nobis, multū gaudere debem⁹. nā lʒ mala de nobis dicantur, cōſcientia tn̄ apud deū nos liberos eſſe demonſtrat. qḋ pbat duab⁹ author. ſcʒ Pauli ꝛ Job. Stulti vero bonis detrahentes, puluerē pcti in oculos ſuos ſufflant: qꝛ magis ſibi nocēt ꝙ̃ aliis: ſicut in puluerem ſufflans magis nocet ſibi ꝙ̃ alij. In ſcd̄a pte dr̄ ꝙ infamantibus eſt ſatiſfaciēdū ſi parati ſunt recipere ſatiſfactionez: ne forte ſcandalizētur. qḋ probat exēplo xp̄i qui ne iudei ſcandalizarentur, ſoluit tributū. ſi aūt nolunt ſatiſfactionem recipere, de ipſoꝝ ſcandalo nō eſt curandum. Et hoc probat duab⁹ rationib⁹: ſcʒ exēplo xp̄i, qui cū audiſſet phariſeos ſcandalizatos eo ꝙ docebat cibos nō diſcernendos: nō curauit, ſʒ ait. Sinite illos, quia ceci ſunt, et duces cecorū. Et authoritate Pauli, qui precepit romanis vt quātum in eis eſſet, cū oībus hominibus pacē haberent, lʒ ſcandalizati ſint de hoc. Secunda ibi: Uocandi tamen.

ea q̄ maledicoꝝ [a] hoīm rumoribus cōficta credim⁹, in qualicunqꝫ modulo ſuſpitiōis adduci: qꝛ ꝛ ſacri eloquij teſtimoniū tenemus, vt mala maioꝝ cū forſitā dicunt, niſi [b] pbata credi nō debeāt ſed citi⁹ pbata [c] vlciſci [d]. Hoc igr̄ dixi vt nimie leuitatis eſſe oſtenderē ſi quis mala grauia credere ſtudeat q̄ pbari non poſſint. vn̄ ſcītas vr̄a dʒ mētē ſuā a maledicorū hoīm rumorib⁹ atqꝫ obtrectationibus diſiūgere: et ſola que eterne vite ſūt, atqꝫ ad vtilitatem ſubditorum proficiant, cogitare.

Unde Aug. in pſal. xxxvij.

¶ Fruſtra ſpernitur ab hoīe quem deus iuſtificet.

Et ſi ad tps damnaris ab hoīe: ꝛ ſi dixerit ſententiā pcōſul in Cyprianū [e]: aliud eſt ſella [f] terrena: aliud eſt tribunal celeſte. Ab inferiori accipit ſententiam, a ſuperiore coronam [g].

Idem in pſalmo. xxviij.

Cuſtodi [h] intus innocētiā tuaz: vbi nemo opprimit cāam tuā. pualebit in te falſuʒ teſtimoniū: ſed apud hoīes. nūqd apd̄ deū valebit vbi cauſa tua dicēda eſt? Quā de⁹ erit iudex, ali⁹ teſtis ꝙ̃ cōſciētia tua nō erit. inter iuſtū iudicem ꝛ cōſcientiā tuā noli timere niſi cauſam tuam.

Item Gregorius papa.

¶ Non hoīm linguas, ſed cōſcientias curare debemus.

Inter verba laudātiū ſiue vitupātiū ad mentē ſep recurrēdū eſt: ꝛ ſi nō in ea inuenit bonū qḋ de nobis dr̄ magnā triſtitiā gn̄are debʒ. ꝛ rurſū ſi nō in ea inuenit malū qḋ de nobis hoīes loquunt: ī magnā debem⁹ letitiā pſilire. Quid eīm ſi nō oēs laudāt: et cōſcia liberos nos eſſe demonſtret: habem⁹ Paulū dicētē. Gl'ia nr̄a hec eſt: teſtioniū cōſciētie nr̄e. Job q̄ʒ dicit. Ecce in celo teſtis meus. Si ergo eſt nobis teſtis ī celo, teſtis in corde: dimittamus ſtultos foris loqui qḋ volūt. Quid eīm aliud detrahentes faciūt, niſi ꝙ in puluerē ſufflāt, ꝛ in oculos ſuos terrā excitāt? vt vn̄ plus detractiōis perflāt: inde magis nihil veritatis videāt? Uocādi tn̄ etiā ſunt ipſi, ꝛ trāquille admonendi: eiſqꝫ ſatiſfieri modis oībus dʒ: ſciētes qḋ de iudeis ỽitas dicit: Ne forte [i] ſcandalizemus eos. Si autē ſatiſfieri ſibi ex veritate noluerint, habes cōſolationē quā aſpicias in euāgelio. cum eīm dn̄o dictū fuiſſet. Scis qꝛ audito hoc ỽbo [k] ſcandalizati ſunt [l] iudei? rn̄dit. Sinite illos: ceci ſunt, ꝛ duces cecorū. Paul⁹ quoqꝫ apl's admonet dicens: Si fieri pōt (qḋ ex vobis eſt) cum oībus hominib⁹ pacē habētes. dicturus cum oībus pacem habeamus: hoc difficile eſſe perſpiciens, premiſit [m], ſi fieri poteſt: ꝛ ſubiunxit quod fieri poteſt, cum dicit quod ex vobiſ eſt: qꝛ ſi nos in mente charitatem erga odientes ſeruare cupimus: et ſi illi nobiſcum pacem non habent, nos tamen cum illis [n] ſi

i ¶ Ne forte. hec fuerūt verba chriſti cum peteretur ab eo tributū, dixit Petro. Uade ad mare, ꝛ piſcem qui tibi prius occurrerit tolle: ꝛ qḋ inueneris ī ore piſcis, des pro me et p te: vt. xxviij. q. j. iam nunc. Et eſt arg. ꝙ aliquid omittit ratiōe ſcandali. l. diſtinct. de his vero.
k ¶ Uerbo. Non quod intrat in os, ſed qḋ procedit ex ore coinquinat hominem. tunc dixerunt diſcipuli. ſcis quia phariſei audito hoc ỽbo ſcandalizati ſunt? phariſeorum eīm erat religio in cibis diſcernendis.
l ¶ Scandalizati. id eſt indignati ſunt.
m ¶ Premiſit. Arg. ex ordine verboꝝ argumentādū. arg. xliij. diſt. ca. j. in fi. ex̄ de reſcrip. cum dilecta.
n ¶ Cum illis. Arg. ꝙ fides eſt illi ſeruāda qui eā nō

Marginal notes:
vbi ꝺ hoc videas xxiij. q. iiij. non luenit. iux̄ ſi. Archi.
qḋ eſt itelligēdum ꝙ nemo pt̄ iferre violētiam aīe ſed corpori iux̄ illḋ mat. x. Nolite timere eos qui occidūt corpa, aīaʒ ꝛc̄
ij. Corin. j. c.
Job xvj. d.
Xp̄s tributum ſoluit.
Mat. xvij. d
Rom. xij. d.
Forte meli⁹ diceret te dignati ſm̄ id qḋ le. et no. xlv. diſt. ỽa iuſtitia Archi.

f Ad vult ſeruare.xxxiij.q.v.quod deo.xxij.q.iiij.innocens. idē.xcv dis.eſto vbi de hoc, contra.arg.extra de iureiu.peruenit.in fi. f ꝛ eſt huic ſi.ff.de arbi.celſus.§.idem.

¶ Hoc inter eos. ¶ Caſus. Dictū eſt.§.in ca.inter verba.ꝙ dimittēdi ſunt ſtulti foris loqui:nec eſt curandū de detractionibus malorū. Sed dicit Gra.ꝙ hoc intelligēdum eit de illis qui parati ſunt reprehendere,et nō imitari apō quos ſola cō ſcientia ſufficit:apud vero illos q̄ parati ſunt audire, cōſcientia ꝛ fama eſt neceſſaria: quod probat ſeq.cap.

Non ſunt audiēdi. ¶ Caſus. Quidā ſancti viri vel femine cū infamarent a quibuſdam,nō curabant,dicentes ſolā conſcientiā mūdam ſibi ſufficere apud deū.queſitū fuit ab au.vtrū bene dicerent:et rñ. ꝙ nō:q: cōſcientia nr̄a nobis eſt neceſſaria:alijs vō fama nr̄a. Uel etiaz cum excuſatione. Vbi gratia. Uidebant mali iuſtū ex cauſa infirmitatis frangere ieiunia: q̄ neſciētes cauſaz reprehēdebāt. vñ nō debet hoc facere in publico. Uel forte prelat⁹ malū parochianū ꝑpter ſcādalū tolerat in pctō:qd alij neſciētes reprehēdūt:et ideo cā dz eis dici.

a ¶ Non ſunt.ij.q.j.nolo.
b ¶ Cū occidāt.ſicut ſi exēplo:vt.ij.q.vij. Paulus.
c ¶ Uiam dei.id eſt chriſtianam religionem.
d ¶ Cū excuſatione.vt ſi viderēt aliquē ſoluere ieiunium iuſta de cauſa ipſi idē faciūt exēplo eoꝝ:cū tamē ignorēt cauſam quare ille faceret,ꝛ ſic ſe excuſant per aliam.

(Sub. liqua ſiū viuunt: q ſi alia faciūt: vel qui veniūt in malā ſuſpitionez: ſicut ſi aliq̄s ſā ctus hō tret ſolus ad publicas meretrices vt eis pdicaret ꝛ eas cōuerteret Archi,)

e Si q̄s. Hic reuertit G.ad ꝓpoſitū,ad oſtendēdū ſcz ꝙ ſentētia iniqua nocet ei q̄ eā ꝓtulit,nō autē ꝯ quē ꝓlata eſt.pōt etiā hoc intelligi de reb⁹ ipſis,i.ſi q̄s vitia dixerit eſſe virtutes,vel ecōuerſo.
f ¶ Dixerit,iudicando,
g ¶ Juſtum abſoluendo,
h ¶ Abominabilis.q: mortaliter peccat: ꝛ cōſonat ei qd dicit Aug.ſup primā epiſtolā ad Corin.ꝙ errare in reb⁹,eſt mortale pctm̄.ſ.cū putat q̄s id opus eſſe bonū qd eſt malū: vel ecōuerſo.nam quilibet adult⁹ tenetur ſcire hoc eſſe bonū ꝛ illō malū.Ul' dic dixerit .i. firmiter aſſeuerauerit,cuz non ſit certus. — Error q̄ñqz ē pctm̄ mortale.

ne dubio habemus.

Hoc inter eos obſeruādū eſt q̄ parati ſunt ſuſpicari quod nō vident:parati ſemp reprehēdere,nunq̄ imitari. Apud alios autē cōſcientia eſt neceſſaria nobis,fama illis.

Unde Auguſt.

¶ Conſciētia nobis,et fama proximis eſt neceſſaria.

Non ſunt[a] audiēdi ſiue viri ſācti ſiue femine q̄ q̄ñ reprehēdunt in aliq̄ negligētia,ꝑ quā fit vt in malā veniāt ſuſpitionē,vnde ſuā vitā longe abeſſe ſciunt:dicūt corā deo ſufficere ſibi ꝯſciētiā: exiſtimationē hoīm nō ſolū ipudēter verūetiā crudeliter contēnētes:cū occidāt[b] aīas aliorū ſiue blaſphemātiū viā[c] dei: quib⁹ ſcḋm ſuā ſuſpitionē quaſi turpis q̄ caſta eſt diſplicet vita ſanctoꝝ:vel etiā cū excuſatione[d] imitantiū nō qd vidēt, ſed qd putāt. Proinde q̄ſquis a criminib⁹ flagitiorū atq̄ facinorū vitā ſuaz cuſtodit,ſibi benefacit:quiſquis autē etiaz famā,ꝛ in alijs eſt miſericors: nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra,alijs fama noſtra.

Itē Hieronym⁹ ſup epiſtolam Pauli ad Philemonē.

¶ Apud deū maledicit q̄ moribus diſſonā ꝓfert ſententiā.

Si quis[e] dixerit[f] iuſtū[g] iniuſtū,ꝛ iniuſtū iuſtū: abominabilis eſt vterq̄ apō deū.ſimiliter qui ſanctū dicit nō ſanctū:et rurſus nō ſanctū aſſerit ſanctū:abominabilis[h] eſt apud deum. Idem.

¶ Chriſtū violat qui ſanctū nō ſanctum,vel non ſanctum ſanctum eſſe crediderit.

Si q̄s hominē q̄ ſanct⁹ nō eſt,ſanctū eſſe crediderit[i]:ꝛ dei eū iunxerit ſocietati:Chriſtū violat:cui⁹ membra ſum⁹.ꝛ.ĩ. Oēs credentes (ſcḋm apl'm) Chriſti corp⁹ efficimur.q̄ in Chriſti corpore errat[k] ꝛ labit,aſſerēs mēbrū ei⁹ eſſe ſctm̄,cū nō ſit:vel non eſſe ſanctū,cū ſit: vide q̄li crimine obnoxi⁹ fiat. Eſaias em̄ dicit: Ue his q̄ dicūt dulce amarū: et amarū dulce:ponētes tenebras lucē,et lucem tenebras. Dulce puto eſſe ſanctimoniā: amarū qd ſanctimonie cōtrarium eſt. Item Eſaias.

¶ Eternū ve maledictionis inueniet qui bonos malos,et malos bonos dixerit.

Ue qui dicitis bonum malum,et malū bonū: ponentes tenebras lucē,ꝛ lucē tenebras.propterea captiuus duct⁹ eſt populus meus quia non habuit ſcientiam: et nobiles eius[l] interierunt fame,et multitudo eius ſiti exaruit.propterea dilatauit[m] infern⁹ animaz ſuam:et aperuit os ſuum abſq̄ vllo termino:ꝛ deſcenderūt fortes eius et populus eius ꝛ ſublimes glorioſiq̄ eius ad euz:et incuruabit homo[n] et humiliabitur vir[o]:et oculi ſublimiū deprimētur: et

Si quis hominē. ¶ Caſus. Redit G.ad ꝓpoſitū ſuū.ſ.ad ꝓbādū iniquā ſententiaz nocere ei qui eā tulit:et non illi ꝯtra quē lata eſt,ꝛ ita nō eſſe ei parcēdū. Eſt ergo caſus hui⁹ ca. Quidā dicebant iuſtū hominē eſſe iniuſtū:alij dicebāt iniuſtū eſſe iuſtum. queſitū fuit a Hiero. vtrum iſti ſint mali.ꝛ rñdet ꝙ ſic ꝛ hoc ꝓbat authoritate Eſaie dicētis: Ue his q̄ dicūt dulce amarū. — Rom. xij.b. — Eſaie v.d.

i ¶ Crediderit.i. aſſeuerauerit.
k ¶ Errat,nō opinando,ſed ſtulte aſſerendo.

Ue q̄ dicitis. ¶ Caſus. Eſaias docet in hoc ca. ꝙ qui dicit maluz eſſe bonum,ꝛ ecōuerſo:habebit penam temporalē et eternam.ꝛ hoc ꝓbat exēplo Iſraelitici populi,qui nō ſolū captiuus duct⁹ eſt in Babylonem,ſed etiam infern⁹ dilatauit animam ſuam vt eos reciperet:ꝛ os ſuū abſq̄ termino aperuit: q: in hoc deſcēderūt. Ad eū.i. ad infernū. Et poſſunt hec duo ca.ītelligi nō ſoluz de perſonis,ſz etiam de reb⁹,ſcz de vitijs ꝛ virtutib⁹: vt ſi aliq̄s dicat vitiū eſſe virtutē,vel econuerſo. — Eſaie v.c.

l ¶ Eius.i.hieruſalem.
m ¶ Dilatauit. Loquitur humano more.
n ¶ Homo.i.minor.
n ¶ Homo.i.ſuperbis,
o ¶ Uir.i.maior,
o ¶ Uir,i,ſuperbus,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a Exaltabitur.i.altus apparebit.
b Sanctificabitur.i.ſanctus apparebit: vt ibi,ſanctificetur nomen tuum.
c Ipſe. Priuat.i.meretur priuari. ſic.xij.q.ij. ſepe fit. vel proprie,quia priuilegium non concedit ad abuſum.
d Iudicare. Sua: vt j.e.quatuor.
Tunc vera eſt. Caſus. Inducit hoc ca. Gratianus ꝙ etiā iniuſta abſolutio nō ꝓdeſt: ⁊ a contrario ſenſu nec iuſta cōdēnatio. Oſtendit Gratianus ꝙ prelatus nō debet abſoluere delinquentē niſi prius videat a dño peccatū ſibi eſſe remiſſum. Et hoc ꝓbat exemplo Lazari mortui quatriduani: quem diſcipuli non abſoluerūt priuſꝙ viderūt ipſum a Chriſto viuificatum,
e Interni.i.cōſcientie vel dei.
f Iudicij.i.dei hic vult dicere ꝙ ſacerdos neminē abſoluet niſi preceſſerit abſolutio dei idest contritio.
Priuilegium. Hec eſt pars illius.ꝫ.diſtic.lxxiij. vbi iſta.⁊.c.geſta.
g Priuilegiū. Perditur priuilegiū ꝓpter abuſum vt hic. Propter delictum.xxv.q.ij.ita nos. Itē ꝓpter cōtrariū factū.ex. de priuile.ſi de terra ⁊ extra de ꝯſti. cū acceſſiſſent. Itē propter negligentiā.ff.de nundinis.l.j. Item propter enorme damnū ſuperueniēs.extra de deci. ſuggeſtū. Sed nūquid eccleſia perdit priuilegiū ſi delinquāt canonici vel monachi? Videt ꝙ ſic: qz ⁊ ciuitas perdit ſi deliquerint ciues.xxv.q.ij.ita nos. Itē nauis eccleſie publicat ꝓpter delictū.C.de ſacroſanc.eccle.iubemus.arg. extra de priui.cum ⁊ plantare.in fi. Sed dicas ꝙ non: arg.extra de arbi.cum tempore.
h Non debet. Penam.ſi ergo conſtet tibi ꝙ ſententia iudicis eſt iniqua,potes iudici violenter reſiſtere.extra de appel.ſignificauerunt.lxj.diſtin.ca. nullus inuitis. Eſt ergo hic argu.ꝙ ſi quis celebrat poſt excommunicationem iniuſte latam,ꝙ non debet ſuſtinere aliquam penam: quia qui probat ſententiam excōmunicationis eſſe iniuſtam,non eſt cogendus ad aliquam ſatiſfactionē.extra de offi.ordi.ad reprimendam: argu.ꝫ.e.cui eſt,ſed hoc non eſt verum: vt.ꝫ.e.ſi epiſcopus forte,⁊ ca.ſequen.

Ex his. Caſus. Cōcludit Gratianus ex ſupradictis ꝙ iniuſta ſententia nec apud deū nec apud eccleſiam quenꝙ ligare poteſt. Et ad hoc probandum ſophiſtice inducit.c. Gelaſij pape.ꝫ.e.cui eſt illata.⁊ ideo dicit ab eius cōmunione nō eſſe abſtinēdum. Sed poſt ea huic ſolutioni obijcit duo cap.ſcꝫ Carthaginēſis cōcilij et Aphricani.ꝫ.ca.clericus.⁊ cap. placuit.obijcit etiā cap. Maguntinē. concilij: vt.j.e.ca. proxi.
i Ex Gelaſij.ꝫ.e.cui eſt.
k Carthaginēſis.ꝫ.e.ſi eps.
l Et Aphricani.ꝫ.e.placuit.
